
יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER, FVNDATA MDCCCVII.
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

CLAVIS

LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI

APOCRYPHORUM

PHILOLOGICA

AUCTORE

CHRIST. ABRAH. WAHL,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORE.

LIPSIAE MDCCCLIII

SUMTIBUS JOANNIS AMBROSII BARTH.

PECTORIBUS CARISSIMIS

AUGUSTO FRANCKIO,

RUDOLPHO KAEUFFERO,

MAURITIO HEYMANNO,

PHILOSOPH. ET THEOL. DOCTORIBUS, CONSISTORII EVANGEL. SAXON. ASSESSORIBUS,
AMICITIAE PARITER AC MUNERIS NECESSITUDINE
SIBI QUONDAM CONIUNCTISSIMIS

HUNC LIBRUM

ANIMI GRATI AC DEDITISSIMI

TESTEM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Praefatio.

Librorum V. T. apocryphorum, a sapientia Salomonis, a Jesu Siracida et Tobia nomen habentium, etsi, quemadmodum saeculis superioribus Baduellus et Grotius, aetatis suae lumina et ornamenta, interpretes extiterunt doctrinae et eruditionis copia ingeniique subtilitate et sagacitate excellentes*), plurimam tamen horum librorum partem a saeculo inde sexto decimo intactam et neglectam jacuisse constat, adeo ut, si exceperis unum Hezelium, theologum Giesensem**), nemo fere esset, qui Baduelli, Castellionis, Drusii, Grotii, Vatabli aliorumque exemplum secutus in explicandis atque interpretandis iis operam et studia sua collocaret. Quae quum ita sint, quumque recte desideretur atque requiratur in Theologo docta et subtilis eorum omnium notitia et scientia, quae faciunt ad religionis tum universae cum revelatae historiam cognoscendam adeoque ad illud discrimen perspiciendum, quod est inter Hebraismum et Judaismum: non tam sponte nostra quam virorum praestantissimorum, in quibus nominasse sufficit *Godofredum Hermannum* τὸν πάνυ, *Fritzschium*, academiae Giesensis, *Dav. Schulzium*, universitatis Vratislaviensis, *Winerum*, academiae Lipsiensis decus et ornamentum, quibus se adiunxit in literarum, sacrarum maxime, studiis et incrementis diligentissimus et promtissimus *Barthius*, bibliopola olim Lipsiensis, invitatu et suasu eandem, quam ante in clavi N. T. philologica, anno

*) Cf. *Bauermeisteri, J. Ph.*, Commentarius in Sap. Salomonis Götting. 1828. *Grimm, E. C. W.*, Commentar über das Buch der Weisheit Leipz. 1837. 8. — Liber Jesu Siracidae graece. Ad fidem codd. et versionum emendatus et perpetua adnotatione instructus a *C. G. Bretschneidero*. Ratisbon. 1808. 8. — Die Geschichte Tobis. Nach 3 verschiedenen Originalien übersetzt und mit Anmerkungen und einer Einleitung versehen von *K. T. D. Ilgen* Jen. 1800. 8.

**) Die Apocryphen des A. T. von *W. F. Hezel*. Erster und zweiter Theil. Leipz. 1800. 1802. 8.

huius saeculi quadragesimo tertio tertium edita, operam collocaveram, ad libros V. T. apocryphos transtuli, ita ut omni, quo per annos circiter viginti et quinque per munerum publicorum mihi demandatorum rationes frui licuit otio, in tractandis et cognoscendis illis consumerem. De quorum studiorum ac laborum fructu conaminumque nostrorum rationibus et fine si quaeritur, primum vocabulorum omnium ac singulorum in libris V. T. apocryphis obviorum indicem voluimus existere locupletissimum, in quo concinnando etsi non defuit nobis novi, qui debetur *Schleusneri* diligentiae et assiduitati, thesauri philologico-critici et spicilegiorum, qui ad eum accesserunt *Bretschneideri* et *Kreyssigii* auxilium, ab inspectione tamen et lectione singulorum locorum saepius repetita maxime pendere huncce verborum catalogum nostrum voluimus. Textum deinde, quem post *Breitingeri*, *Reineccii* et *Augustii* curas accurate recognitum brevique lectionum diversarum delectu instructum anno huius saeculi trigesimo octavo edidit *Apelius*, quum secuti simus in clavi nostra exaranda, factum est, ut neque additamentorum ad librum Estherae, neque quae leguntur in libro, inscribi solito: „Ἰωσήφου εἰς Μακκαβαίους λόγος s. περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ s. Maccabaeorum liber quartus," vocabula desint et desiderentur. Uti denique in verborum singulorum vi et potestate constituenda et definienda bene tenuisse nobis videmur, quae de significationibus non temere augendis et multiplicandis praeceperunt viri docti, ita a Scriptorum graecorum tum antiquioris tum serioris vel alexandrini aevi exemplis collatis cum librorum apocryphorum locis non prorsus quidem ab his abesse purioris et melioris styli vestigia, plurima tamen graecitatis cadentis, senescentis, imo infimae graecitatis exempla et documenta deprehendi, demonstrare conati sumus, in auxilium vocatis in hac causa Grammaticorum graecorum tum antiquitatis tum nostrae aetatis optimorum et nobilissimorum testimoniis.

Jam conaminibus nostris numine suo adsit Deus ter optimus maximus, iisque suo auxilio feliciter ad finem perductis prosperum ut addat successum pia et grata mente precamur et rogamus.

In pago Kötzschenbrodensi prope Dresdam sito scripsit d. XII. Decembr. MDCCCLII.

Auctor.

A.

'Ααλάρ ὁ, *Aalar*, nom. propr. indeclin. viri judaici cum Esra e Babylonia in patriam redeuntis Esr. 6, 36.

'Ααρών, ὁ, *Aaron*, hebr. אַהֲרֹן, nom. propr. indeclin. [forma graeca ἀαρών, ῶνος, ὁ, Jos. Ant. 3, 8. 1.] Fuit ille filius Amrami et Jocebedae, e tribu Levi oriundus et frater Mosis Sir. 36, 27. 45, 6. 20. 25. 50, 13. 16. Tob. 1, 6. Esr. 1, 13. 14. Esr. 5, 5. 8, 2. 1 Macc. 7, 14. 4 Macc. 7, 10.

'Ααρωνίδης, ου, ὁ, *Aaronides* i. e. nepos vel proles Aaronis [cf. de nominibus patronym. *Matth.* §. 99. *Rost* §. 94. II. d.] 4 Macc. 7, 12.

'Αβαδίας, ου, ὁ, *Abadias*, vir judaeus Esrae aequalis Esr. 8, 35.

'Αβαράν vid. αὐαράν.

Ἄβατος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α pr., βαίνω) *invius* i. e. a) *unwegsam*, neutrum ἄβατον, ου, τό substant. [cf. *Rost* §. 98, not. 6. *Win.* §. 66, I. 1. 4.] *locus invius*, ἄβατα, *unwegsame Orte* Sap. 11, 2. (Xen. An. 3, 4. 44. *invia pleraque* Liv. 21, 35.) ἔρημοι ἄβατοι [propr. pro מִדְבַּר שְׁמָמָה Jer. 12, 7.] Sap. 5, 7. διωδεύσαμεν — ἄβατα trop. *vitae agendique rationem secuti sumus* τῇ δικαιοσύνῃ τῇ παρὰ τῷ θεῷ *inviam*, = *Deo non probatam*. — b) *inaccessus* i. e. vel *unzugänglich*, τινί *für Jemanden* [de quo dat. usu vid. *Rost* §. 105, 2. *Matth.* §. 387. *Wunder* ad Soph. OR. v. 25. *Win.* §. 31, 3.] 3 Macc. 5, 43. ἰσόπεδον — θήσεσθαι — τὸν ἄβατον αὐτῶν ναὸν ἡμῖν. [Quo vocab. si fit transitus ab oratione indirecta ad directam vid. *Matth.* §. 631. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 201 sq. 496. *Bornem.* ad Xen. Mem. 4, 1. 4. *Vig.* p. 218.] πυρὶ πρηνέα. Ceterum conf. c. hoc l. 3 Macc. 1, 10 sqq. 2, 21 sqq. — (Diod. Sic. 17, 55.) — vel: *nicht betreten, nicht begangen, qui non calcatur.* Ita de locis vacuis et infrequentatis ab hominibus et pecudibus, ubi nos: *wüste, öde, verödet* 3 Macc. 3, 29. πᾶς — τόπος — ἄβατος γενέσθω. Addit. ad l. Esth. 6, 19. de h. l. ἄβατος proleptico vid. sub ἀβλαβής observata. — neutr. ἄβατον substant. = *eine wüste Stätte, eine Einöde* Bar. 2, 23. ἔσται πᾶσα ἡ γῆ εἰς ἄβατον ἀπὸ ἐνοικούντων i. e. *ab incolis vacua*. De formula εἶναι εἴς τι vid. εἰμί, εἰς — (ἄβατος — ἀπὸ ἀνθρώπων καὶ κτήνων Jer. 32, 43.) — Bar. 2, 4. ἔδωκεν — εἰς ὀνειδισμὸν καὶ ἄβατον i. e. *ut contumeliose tractarentur et ut eorum terra redderetur solitudo.* Quo l. uti 'νειδισμός ad populum, ita voc. ἄβατον ad terram referendum esse, bene iam *Grotius* observavit. — Cf. שְׁמָמָה et שַׁמָּה Jer. 6, 8. 49, 37.

'Αβειρών, ὁ, *Abiramus*, hebr. אֲבִירָם, nom. propr. indeclin. [terminat. gr. ἀβίραμος, ου, ὁ, Jos. Ant. 4, 2. 2.] viri hebraei cum Coracho et Dathane contra Mosen conspirantis Sir. 45, 18. 4 Macc. 2, 17. cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Korach.*

'Αβέλ, ὁ *Abel*, [forma gr. ἄβελος, ου, ὁ, Jos. Ant. 1, 2.] nom. propr. indeclin. secundi ex filiis Adami 4 Macc. 18, 11.

'Αβεσσαλώμ, ὁ, *Absalomus*, nom. propr. indeclin. viri judaei 2 Macc. 11, 17.

'Αβεσσαλώμος, ου, ὁ, *Absalomus*, vir judaeus, qui, aequalis Judae Maccabaei, pater esse dicitur Mattathiae cuiusdam et Jonathanis 1 Macc. 11, 70. quo l. ut ap. Jos. Ant. 13, 5. 7. 13, 6. 4. codd. exhibent ἀψαλώμος. — 1 Macc. 13, 11.

'Αβιράμ, vid. ἀβειρών.

'Αβισαΐ, ὁ, *Abisai*, hebr. אֲבִישׁוּעַ, nom. propr. indecl. viri, qui fuit ex majoribus Esrae Esr. 8, 2. quo l. codd. ἀβισσουαί.

'Αβλαβής, έος, οῦς, ὁ, ἡ — ές, τό (α pr., βλάβη, βλάπτω, noceo) 1) *illaesus, incolumis* Sap. 19, 6. quo l. ἀβλαβεῖς = *ita ut essent incolumes*. Cf. de adiectivorum usu proleptico i. e. effectum vel eventum indicante *Herm.* ad Vig. p. 897. ad Soph. OR. v. 1114. 1202. *Matth.* §. 446, 11. not. 2. *Win.* §. 66. III. h. (Pol. 9, 4. 2. Jos. Ant. 9, 12. 2. Xen. Cyr. 4, 1. 3.) — 2) *innoxius, unschädlich*, sq. genit. = *in Ansehung*, φιλοτίμου ξενιτείας Sap. 18, 3. cf. de hoc genit. usu *Matth.* §. 339. *Rost* §. 108, not. 2. *Buttm.* §. 119, 6. 1. *Win.* §. 30, 4.

'Αβοηθησία, ας, ἡ (ἀβοήθητος) *auxilii defectus, Hülflosigkeit* Sir. 51, 10. ἐν καιρῷ ὑπερηφάνων *tempore hominibus superbis opportuno* ἀβοηθησίας i. e. *propter auxilii defectum*. [cf. de genit. causali maxime post vv. animi sensus indicantia *Matth.* §. 378, not. 2. §. 368. §. 369. §. 371. *Rost* §. 109, 4. et 4. b. *Win.* §. 30, 10. et de gen. vi latius patente sub ἀγαθός monita.] i. e. *tempore opportuno illis, qui, quo magis auxilio destituitur aliquis, eo magis superbiunt.*

'Αβοήθητος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α pr., βοηθέω) *auxilio destitutus, hilflos* Sap. 12, 6. — sq. dativ. ut ἑαυτῷ i. e. *qui sibi ipsi auxilio esse nequit* [vid. βοηθέω, post se habens dat.] 2 Macc. 3, 28. de duplici accus., uno objecti, et ubi legitur passivum, subjecti, altero praedicati cf. *Matth.* §. 420. §. 400, not. 1. §. 428. §. 307. §. 310. *Kön.* ad Greg. Cor. p. 331. ed. *Schäfer*. *Rost* §. 104, 5. §. 100, not. 1. *Win.* §. 32, 4. b. (Plut. vit. Arati c. 2. Epict. Enchir. 24, 2. Diod. Sic. 14, 68.)

Ἄβουβος, ου, ὁ, *Abubus*, nom. propr. viri, qui pater fuit Ptolemaei, arci, quae dicitur Dog, praefecti socerumque suum, Simonem, dolose interficientis 1 Macc. 16, 11. 15. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub v. *Ptolemaeus.*

'Αβουλεύτως, adv. (α pr., βουλεύομαι) *inconsulto, sine deliberatione*, 1 Macc. 5, 67.

'Αβουλία, ας, ἡ (ἄβουλος inconsultus, imprudens Soph. Trach. v. 139.) *consilii inopia, imprudentia*, semel Baruch. 3, 28. (Hdot. 7, 210. 8, 74.) alii [ut Soph. Electr. v. 390. 421.] *consilii pravitas, perversitas* Bar. l. l. — pro אִוֶּלֶת Prov. 14, 29.

Ἅβρα, ας, ἡ [vel ἄβρα cf. *Becker* Anecd. p. 322. *Passow, Rost* sub ἄβρα] *delicata* i. e. *ancilla herae domestica et honoratior, pedissequa, Zofe, Lieblingssclavin der Hausfrau* Judith. 8, 10. 33. 10, 2. 5. 17. 13, 9. 16, 23. Addit. ad

libr. Esth. 5, 2. 7. — pro אָמָה Exod. 2, 5. נַעֲרָה ibid. Gen. 24, 61. (Chariton. 1, 4.) Vox aevi, ut videtur, serioris cf. *Sturz* de dial. alex. p. 142. *Meinecke* Menand. p. 25.

Ἀβραάμ, ὁ, hebr. אַבְרָהָם, nom. propr. indecl. [term. gr. ἄβραμος Jos. Ant. 1, 6, 5.] nobilissimi gentis israel. patriarchae Sir. 44, 19. 22. Bar. 2, 34. Tob. 4, 12. Jud. 8, 26. Cant. Azar. v. 11. 1 Macc. 2, 52. 12, 21. 2 Macc. 1, 2. 3. Macc. 6, 3. 4 Macc. 6, 17. 22. 13, 16. 14, 20. 15, 24. 16, 25. 17, 6. Addit. ad libr. Esth. 3, 8. 15.

Ἀβρααμῖτις, ιδος, ἡ, *Abrahamitis* i. e. femina Abrahamum proavum habens, semel 4 Macc. 18, 20. De nomm. patronym. vid. ἀαρωνίδης.

Ἀβραμιαῖος, αία, ον, *Abrahamaeus, Abrahami indolem referens.* Ter 4 Macc. 9, 21. 18, 1. 23. De adject. in ιαῖος cf. *Matth.* §. 105. *Buttm.* gram. max. II. §. 119. no. 68. —

Ἀβρίς, ίδος, ὁ, *Abris*, nom. propr. unius ex urbis Bethuliae proceribus Jud. 6, 15.

Ἀβροχία, ας, ἡ, (ἄβροχος, βρέχω madefacio, pluvia humecto) *pluviae defectus, Regenmangel.* Semel Sir. 32, 20. (Jos. Ant. 8, 13. 2 fin.) — pro בַּצֹּרֶת Jer. 17, 8. Vox Graecis melioris aevi inusitata cf. *Lob.* ad Phryn. p. 291.

Ἀβρωνᾶς, ᾶ, [de qua genit. forma vid. *Matth.* §. 68, not. 9 et 10. *Rost* §. 32. *Buttm.* §. 33. IV. 4. gr. max. I. §. 34. not. b. *Win.* §. 8.] ὁ, *Abronas*, nom. fluvii vel torrentis Geographis incogniti. Semel Jud. 2, 24. quo l. Aldin. ἀρβοναί.

Ἄβυσσος, ου, ἡ (femin. adject. ἄβυσσος, ὁ, ἡ — ον, τό fundo carens, bodenlos Diod. Sic. 5, 25. Hdot. 2, 28. — α priv., βύσσος fundus) *locus immensae profunditatis, vorago, bodenlose Tiefe.* Legitur in libris apocr. a) de voragine maris = *Meerestiefe*, ita in singulis mundi partibus enumerandis ut Sir. 1, 3. 16, 16. — vel ubi ἄ. et θάλασσα alternant. — vel ubi coelo opponitur, ut Sir. 24, 5. ἐν βάθει ἀβύσσων περιεπάτησα. De h. l. appositione genitivo casu nomini suo addita cf. *Win.* §. 48, 2. *Gesen.* p. 677, 2. coll. p. 666. *Ewald.* p. 579. gram. min. p. 245. et si tum h. l. tum Cantic. trium pueror. v. 31. legitur plur. ἄβυσσοι cf. de plurali numero in nomm. rerum, quarum plures sunt vel cogitantur partes vel quae magni sunt ambitus *Matth.* §. 293. *Rost* §. 97 et 98. *Jacobs* in actis philol. Monacens. I. p. 154. sqq. *Ewald* p. 326. gram. min. p. 123. *Win.* §. 27, 3. *Zumpt* lat. Gramm. p. 84 sq. — Sap. 19, 10. quo l. si additur genitivus nomini synonymo sic, ut intendat, vid. de hoc verbositatis genere *Matth.* §. 636. coll. §. 430. *Fischer* ad Well. 2. p. 123. *Erf.* ad Soph. Ant. v. 420. ad Soph. OR. v. 466. *Rost* §. 140. 4. c. *Jacob* quaest. Lucianeae ad calcem Lucian. Tox. p. 9. 10. 17. 20. — Sir. 43, 23. (Diog. Laert. epist. 4, 27.) — b) trop. Sir. 42, 18. ἄβυσσον καὶ καρδίαν ἐξιχνίασε i. e. *investigat*, ut saepius monui [cf. de aor. *Rost* §. 116. not. 4. α. β.] — *abditissima, nempe animum = investigat abditissima animi consilia* hominis. Cf. de καί epexeget. *Win.* §. 57, 2. *Herm.* ad Vig. p. 525. 838. *Jacobs* addit. ad Athen. p. 157. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 52. 473. 686. 854. Id. ep. P. ad Rom. I. p. 16. *Jacob* ad Lucian. Tox. p. 94. Alex. p. 33 sq. — Ita βάθος καρδίας ἀνθρώπου Jud. 8, 14. τὰ βάθη τοῦ θεοῦ 1 Cor. 2, 10. (πέλαγος — ἀβύσσων πραγμάτων Lucian. astrol. c. 15.) Quodsi denique semper et ubique ἄβυσσος legitur sine artic., vid. de articuli omissione *Win.* §. 18. *Rost* §. 98. —

Ἀγαθοποιέω, ῶ f. ήσω (ἀγαθοποιός) 1) *beneficia in aliquem confero*, τινί = *in aliquem* 1 Macc. 11, 33. — 2 Macc. 1, 2. de h. l. optativo sine aliqua particula posito in rebus, quas vere fieri optamus, quia fieri posse credimus cf. *Herm.* ad Vig. p. 757. *Rost* §. 119. *Matth.* §. 513. *Bornem.* in *Rosenm.* Rep. 2. p. 274. 294 sq. ad Xen. An. 5, 6. 4. *Win.* §. 42, 5. — pro הֵטִיב Soph. 1, 12. — 2) *recte ago* [ubi Graeci melioris aevi: ἀγαθὸν ποιέω cf. *Lob.* ad Phryn. p. 200.] Tob. 12, 13.

Ἀγαθοποιός, οῦ, ὁ ἡ — ον, τό (ἀγαθός, ποιέω) *beneficus*, ita de muliere blande et leniter viros tractante Sir. 42, 14. (Aesop. fab. 148.)

Ἀγαθός, ἡ, όν, [cognatum cum ἀγαστός admiratione dignus. Ita Plat. Cratyl. p. 412. C. cf. *Passow* addit. ad lex. gr. p. 3. *Rost* lex. gr. sub ἀγαθός] *bonus, gut.* Vox, quae, ut Latinorum *bonus*, nostratium: *gut*, latissimi est ambitus, ita ut praedicetur tum de personis tum de rebus utilitate, commoditate, gratia, virtute sese commendantibus. Legitur igitur

a) sic, ut si verba contexta spectaveris, respondeat Latinorum: *utilis*, nostratium: *nützlich*, ita aa) de personis, τινί, *Jemandem, für Jemanden* [cf. *Matth.* §. 387. *Rost* §. 105, 2. *Fischer* ad Well. 3. a. p. 399.] Sir. 14, 5. — bb) de rebus, ut ἔργον Sir. 39, 33. θέμα Tob. 4, 9. κτῆμα Sir. 51, 21. μέρις 26, 3. πλοῦτος 13, 23. — τινί [vid. paulo ante monita] ἐνώπιόν τινος *alicui coram aliquo* Tob. 4, 11. — (Xen. M. 4, 6. 8.) — hinc: neutr. τὸ ἀγαθόν, substantive [cf. de adjectivis articulum habentibus substantive positis *Matth.* §. 269. *Rost* §. 98. *Buttm.* §. 115, 2. *Herm.* ad Vig. p. 871. *Win.* §. 34.] ita singularis [cf. de singulari usitato in re vel persona per se vel per abstractum spectata vel collective posita *Buttm.* §. 109, 3. *Rost.* §. 97. §. 98. *Matth.* §. 293. *Win.* §. 27.] *bonum, das Gute* i. e. *das Nützliche* Sir. 36, 14. quo l. alii explicant: *honestum, rectum.* Vid. tamen verba sqq. — plur. τὰ ἀγαθά i. e. *bona*, quae vita habet Sap. 7, 13. 4. Macc. 12, 11. — τὰ ἀγ. ἦν μετ' αὐτῶν *bona*, quae vita habet, *sequebantur eos* i. e. *prospera fortuna utebantur* Jud. 5, 17. τὰ ὄντα ἀγ. *bona, quae praesto sunt, bona praesentia* Sap. 2, 6. — 13, 1. 18, 9. Sir. 42, 25 Tob. 4, 19. τὰ ἀγαθά τινος *bona* vel *opes alicuius* Sir. 6, 10. 11, 17. 14, 4. 16, 27. 34, 11. 35, 13. 3. Esr. 8, 35. vel *res alicuius secundae, prospera alicuius conditio* Sir. 22, 21. 45, 26. — 11, 21. τίνα — τὰ ἀγαθά i. e. τίνα ἐστὶ τὰ ἀγαθά, ἃ ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται τὰ ἀγαθά μου, *quaenam sunt bona, quae ab hoc, quod nunc est, tempore mihi contingere possunt?* i. e. *ita bonis abundo*, ὥστε μηδενὸς χρείαν ἔχειν. Cf. *Passow* sub voc. τίς p. 1148 init. *Matth.* §. 472, 4. Sunt tamen, qui ita h. l. explicant: *quaenam sunt, quae ab hoc, quod nunc est, tempore mihi contingent, bona?* Sic, ut sint haec desperantis et conquerentis verba opposita illis, quae v. 22. leguntur. Utriusque vero hominis mores v. 23. vituperantur, licet saepenumero in vita communi occurrant. — — ἀγαθόν, sine artic. *ein Gut, res bona, bonum, commodum* Sir. 37, 18. — εἶναι εἰς ἀγαθόν *cedere in commodum, commodi aliquid habere* 7, 13. ἔστιν ἀγ. ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τινος = *commodum alicui videtur, placet alicui* Jud. 3, 5. γίνεταί τι ἐπ' ἀγαθῷ evenit aliquid *bono consilio* vel *in commodum* 2 Macc. 5, 4. (Plut. Coriol. c. 15. παρόντες οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ.) — plur. ἀγαθά, *bona, res bonae* i. e. *commoda*

Sir. 11, 14. 23. 29, 16. 39, 25. 2. Macc. 11, 19. — ἐλπίζω εἰς ἀγαθά i. e. *spero bona me consecuturum esse* Sir. 2, 9. — ἐν ἀγαθοῖς i. e. *in rebus secundis* Sir. 12, 8. 9. ζητεῖν ἀγ. τινί *operam dare rebus, quae conducunt alicui* i. e. *saluti alicuius prospicere* 1 Macc. 14, 4. (Xen. C. 8, 5. 27.) — κοινολογεῖσθαι περὶ ἀγ. publice consultare *de salute* publica v. 9. ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῶν die *bonis abundante* vel *bona afferente* = *in rebus secundis* Sir. 11, 23. — ὅσιοι παῖδες ἀγαθῶν *liberi, ad quos pertinet salus, Kinder des Heils* Sap. 18, 9. κατάλυμα ἀγαθῶν i. e. κατάλυμα *cuius sunt bona* vel *quod commoda habet* i. e. *bonis refertum* Sir. 14, 25. Cf. de genitiv. vi latius patente *Rost* §. 108. *Matth.* §. 313. §. 314. *Herm.* ad Vig. p. 877. 880. *Schäfer* ad Eur. Or. p. 45. 48. *Jacob* ad Lucian. Tox. p. 108. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 610. *Win.* §. 30.

b) sic, ut sit = *bonae indolis*, ita aa) de *rebus* vel hactenus bonis, quatenus opibus, gloriae, laetitiae, voluptati parandis aptae sunt aut votis alicuius respondent, ubi Latini, explicatius si loquuntur pro contextus et rei tractatae ratione, utuntur vocc. *bonus, delicatus, faustus, generosus, honorificus, laetus, nobilis, prosper,* ut βουλή 1 Macc. 4, 45. γενεά Tob. 5, 13. γῆ 11, 4. εἰρήνη i. e. *felicitas nomine suo digna* 2 Macc. 1, 1. ζωή Sir. 41, 13. ἡμέρα 14, 14. 1 Macc. 10, 55. καρδία Sir. 26, 4. πλουσίου — ἀγαθή i. e. καρδία πλουσίου δὲ καὶ πτωχοῦ, ἔχοντος γυναῖκα ἀγαθήν, ἐστὶν ἀγαθή, *animus divitis non solum, sed pauperis etiam, habentis uxorem bonam, laetus est et hilaris = sive dives sit sive pauper maritus, uxorem si habet bonam, laetus est animus.* — καρπός Sir. 16, 18. κληρονομία 44, 11. μνήμη 2 Macc. 7, 20. ὄνομα i. e. *nomen bene audiens* vel *honorificum* Sir. 41, 11. 13. πλάσμα Jud. 8, 29. ὑπόσχεσις = *laeta promissio* Sap. 12, 21. neutr. plur. ἀγαθά = *cibi delicati, Leckerbissen* Sir. 30, 18. coll. verbis sqq. θέμα βρωμάτων. (ita ap. Aristoph. Acharn. v. 873. 982. Amphis ap. Athen. 3. p. 100. A.) — ἀγαθός sq. ἤ = *magis praestans* quam i. e. *praestantior quam* Tob. 12, 8. (Diod. Sic. 11, 25. Xen. O. 16, 7.) cf. de ἤ post positivum *Win.* §. 36. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 574. *Matth.* §. 457. not. 1. *Herm.* ad Vig. p. 884. — vel de rebus eo bonis, quod famae et conscientiae bonae vel aliis commodis conciliandis idoneae sunt. Ita de dictis et factis, ubi Lat. adjectivis *bonus*, aut recti honestique leges magis, quam utilitatis notionem tenentes, *rectus, honestus* utuntur. Ita ἐπιθυμία ἀγ. i. e. *voluptas honesta, unschuldige Sinnenlust* Sir. 14, 14. βασιλείαν ἀγαθὴν βασιλεύειν i. e. *bene regnare* 4 Macc. 2, 22. πόνοι ἀγ. *labores honesti* Sap. 3, 15. τέρψις Sap. 8, 15. — ἀγαθὸν ποιεῖν *facere quod rectum est, recte agere* Tob. 12, 7. εἰς ἀγαθὸν προτρέπειν 4 Macc. 2, 16. — ἀγαθόν seq. infinit. = ἀγαθόν ἐστι seq. infin. *decet, honestum est* Tob. 12, 6. — — neutrum praedicati pertinet ad subjectum generis feminini [cf. *Matth.* §. 437. *Buttm.* §. 116, 4. *Rost* §. 100. *Win.* §. 47, 1. b.] ἀγαθὸν scil. ἐστὶ — προσευχή i. e. *Tugend, Frömmigkeit* ist — *Gebet* Tob. 12, 8. — συμβουλὰς ἀγαθῶν i. e. *qui recta et honesta suadet* Sap. 8, 9. alii [ut *Bauermeister, Grimm*] *qui in rebus secundis a consiliis est.* — ἀγαθὰ καὶ κακά *honesta est inhonesta, recta et prava* Sir. 17, 6. 39, 4. — καρδία ἐν ἀγαθοῖς *animus in honestatis vel virtutis studio occupatus* Sir. 13, 25. καρδία — ἐὰν εἰς ἀγαθά i. e. *animus si intentus fuerit ad recte facta* vel *ad officium exsequendum* v. 24. — Sir. 33, 12. λαμπρὰ καρδία καὶ ἀγαθή — ἐπιμελήσεται i. e. *animus splendidus* [= liberalis] *et honestus de cibis suis,* non de aliis rebus *in epulis instituendis cogitat*, alii: *animus s. e. h. in esu ciborum* [i. e. *in epulis parandis*] *illi* [scil. τῇ λαμπρότητι καὶ ἀγαθότητι cf. *Win.* §. 22, 3. *Herm.* ad Vig. p. 714.] *operam dabit.* Vid. ad h. l. *Grot.* Ceterum h. l. sententia apud alios cap. 30, 24. vel 36, 16. vel etiam 34, 24. habetur. — animi sensa, v. c. hilaritas, invidia vultu quum se prodant, [Imago animi vultus est. indices oculi Cic. Orat. 3, 59.] ad oculos vel vultum referuntur, quae hominis vel animi humani sunt, unde ἀγαθὸς ὀφθαλμός = *vultus hilaris* Sir. 32, 8. 10. — οἱ ἀγ. λόγοι *verba,* quibus utebatur Judas, *honesta* 2 Macc. 15, 11. — — τὸ ἀγ. substantive [vid. supra monita] = *virtus,* τὰ ἀγαθά *recte et honeste facta* Sir. 51, 18. [36, 14.] 11, 29. — τὸ ἀγ. τινος *virtus* vel *pietas alicuius* 18, 7. coll. Iob. 35, 7. (Xen. Mem. 3, 9. 4.) — — de factis, quibus saluti alterius prospicitur, ubi Lat. *beneficium, officium,* nos: *Gutthat, Wohlthat, Dienst, Gefälligkeit,* ita Sir. 18, 16. quo l. λόγος esse dicitur ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν i. e. ἀγαθὸν *majus, quam* donum, *ein Wort eine grössere Wohlthat als ein Geschenk.* — plur. ἀγαθά Bar. 6. vel ep. Jerem. v. 34. 1 Macc. 10, 27. 16, 17. — ἐν πᾶσιν ἀγ. i. e. *in omni beneficiorum multitudine* Sir. 12, 5. — ἐν ἀγαθοῖς — μῶμον *in beneficiis conferendis* 18, 14. οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ — εἰς κακά *Wohlthaten gehören dem nicht, dessen Wille immer auf das Böse gerichtet ist* 12, 3. — ἐπιβλέπω τινί, ἐπισκέπτομαί τινα seq. nunc εἰς ἀγαθά vel εἰς ἀγαθόν, adspicio aliquem *hoc consilio, ut benefaciam ei = benigne aliquem respicio* Sir. 11, 12. Jud. 4, 15. — nunc ἐν ἀγαθοῖς *cinctus bonorum* meorum *copia* i. e. *benefaciens alicui* Jud. 13, 20. — τὰ ἀγ. Jud. 15, 8. addito gen. pers. Sir. 12, 1. 20, 14. (Xen. Ag. 8, 1.) — — bb) de personis i. e. de hominibus, angelis, qui, quatenus ingenio vel animo vel utroque praestant, rebus gerendis, pietatis studio promovendo, felicitati iuvandae et augendae idonei sunt, ubi Lat. *eximius, praestans,* nostrates: *gut, trefflich* Jud. 11, 8. ἐν πλήθει i. e. *in populi concione* Sap. 8, 15. — 2 Macc. 5, 12. — ἀγαθὸς ὢν *quum bonus essem* Sap. 8, 20. Cf. de particip. resolvendo per: *quum, dum, si, qui, postquam, quia Matth.* §. 556. §. 557. §. 565 sq. *Rost* §. 130. *Win.* §. 46, 10. 12. et particip. praes. = particip. imperf. *Matth.* §. 559. not. *Herm.* ad Vig. p. 773. *Win.* §. 46, 5. — καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνήρ 4 Macc. 4, 1. — γυνὴ ἀγ. Sir. 26, 1. 3. 16. καρδίᾳ ἀγαθῇ λαλεῖς i. e. *bene, egregie loqueris* Jud. 8, 28. — ἀγ. ἔν τινι, *praestans in aliqua re* Jud. 11, 23.— Sap. 8, 19. Tob. 5, 21. 2 Macc. 11, 6. 13, 23. — = *probus, pius, fromm* Sap. 14, 26. Sir. 7, 19. 29, 14. 39, 25. (Xen. Mem. 2, 1. 32.) — Tob. 7, 7. ὁ τοῦ — υἱός i. e. salve, *tu, viri,* de quo loquimur, *praestantis fili!* Cf. de nominat. posito pro vocat. *Matth.* § 312. *Buttm.* §. 31, 5. not. 4. gram. max. §. 33, 6. Greg. Cor. p. 116. ed. *Schäfer. Rost* §. 103. *Fischer* 3. a. p. 319. *Win.* §. 29. — ὁ ἀγαθός, *der gute Mensch,* collective [vid. supra sub a init. monita] Sir. 12, 7.

'Αγαθότης, ητος, ἡ (ἀγαθός. De nomm. in ότης vid. *Lob.* ad Phryn. p. 350.) *bonitas* i. e. vel *animi bonitas, sittliche Güte* Sap. 1, 1. ἀγ. προθυμίας i. e. *bonitas, quam gignit* προθυμία, vel *juncta* c. προθυμίᾳ Sir. 45, 23. vid. de gen. vi latius patente sub voc. ἀγαθός monita. (Philo de opif. mundi p. 172.) — vel = *benignitas* Sap. 7, 26. —

'Αγαθόω, ῶ f. ώσω (ἀγαθός) *benefacio, beneficiis orno,* τινά Sir. 49, 9. καὶ ἀγαθῶσαι — εὐθούς pro: καὶ τῶν εὐθυνόντων ὁδοὺς ἐμνήσθη, ἀγαθῶσαι

αὐτούς vel pro: καὶ τοὺς εὐθύνοντας ἐδοὺς ἐμνήσθη [vid. de μιμνήσκω tum τινός tum τινά *Matth.* §. 347, b. not. 1. *Rost* §. 108, f.] ἀγαθῶσαι αὐτούς. De verbo ἐμνήσθη ex antecedd. repetendo vid. *Matth.* §. 306, not. §. 634, 1. *Rost* §. 139, 9. — pro הֵיטִיב Jer. 39, [32,] 41. 51, [44,] 27. 1 Sam. 25, 31.

'Αγαθύνω, υνῶ (ἀγαθός) *bonum facio, ich mache gut, facio ut bonum, praestans, eximium sit aut appareat aliquid* [ita pro הֵיטִיב Ruth. 3, 10. 1. Regg. 1, 47.] passivum: ἀγαθύνομαι, *bonus fio* [i. e. hilaris fio, ita pro הֵיטִיב Ruth. 2, 7. 2 Sam. 13, 28.], a. 1. p. ἠγαθύνθην, 1 Macc. 1, 12. ἠγαθύνθη ὁ λόγος ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, *oratio haec bona facta erat judicibus illis* i. e. *placuit illis haec oratio.* Ita pro יָטַב Neh. 2, 6.

'Αγαθῶς, adv. (ἀγαθός) *bene*, ἐξομολογεῖσθαί τινι, *bene, scite laudes alicuius celebrare* Tob. 13, 10.

'Αγαλλίαμα, τος, τό (ἀγαλλιάω) *exsultatio, laetitia saltando et tripudiando significata, Ausbruch heftiger Freude, summa laetitia* Tob. 13, 11. δώσουσί σοι ἀγαλλίαμα *in honorem tuum in jubila erumpent, saltando et tripudiando laudes tuas celebrabunt.* Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Tanz.* — pro רִנָּה Prov. 11, 10. — στέφανος ἀγαλλιάματος i. e. *corona capiti imponi solita in summae laetitiae significatione* Sir. 6, 30. De genit. vi latius patente vid. sub ἀγαθός observata. — Sir. 1, 9. φόβος — ἀγαλλιάματος explica: *pietas* vel *reverentia in Deum summae laetitiae fons et causa est.* Quo l. si pariter atque Sir. 15, 6. plura ejusdem potestatis vocabula, ut δόξα, εὐφροσύνη, στέφανος ἀγαλλιάματος junguntur cf. quae habent de hoc verbositatis genere ad notionem fortius exprimendam vel ad perspicuitatem adjuvandam pertinente *Lob.* ad Phryn. p. 753 sq. *Matth.* §. 636. *Rost* §. 140. *Bornem.* scholia in ev. Lucae p. 34. 38. *Idem* ad Xen. Cyr. 1, 3. 15. *Jacob* quaest. Lucian. ad Lucian. Tox. p. 20. 22. *Win.* §. 67, 2. a. b. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 22. 517 sqq. — sq. genit. objecti, ut τῆς πολυοχλίας i. e. *über die Volksmenge* Bar. 4, 34. Cf. de genit. objective posito *Matth.* §. 367. *Rost* §. 108. *Win.* §. 30, 1. 2. *Gesen.* p. 616. *Ewald* p. 572. gr. min. p. 242. — Addit. ad libr. Esth. 4, 2. πάντα τόπον κόσμου ἀγαλλιάματος [= jede *ihrer Festschmuckräumlichkeiten*, iedes *ihrer Festschmuckbehältnisse*] — τριχῶν αὐτῆς *füllte sie mit den Haaren, die sie sich ausgerauft hatte.* Quo l. uti genit. κόσμου epexegetice additur voc. τόπος sic, ut significentur loca annulis, armillis, gemmis, margaritis, similibus, uno verbo, mundo muliebri asservandis destinata, ita genit. ἀγγαλιάματος vocab. κόσμος epexegetice adjungitur, ita ut describatur mundus vel ornatus indui et gestari solitus in saltationibus festivis. Cf. de duplici, imo triplici genit. *Matth.* §. 380, not. 1 et 2. *Win.* §. 30, 1. et 3 not. 3. et ad rem ipsam *Win.* bibl. Realw. sub vocc. *Haar, Kleider, Trauer.* — metonym. pro: *causa et fons summae laetitiae* Sir. 30, 22. 34, 28. Jud. 12, 14. —

'Αγαλλιάομαι, ῶμαι f. άσομαι, verb. depon. med. (ἀγάλλομαι) *saltando et tripudiando laetor, exsulto prae gaudio* i. e. *impense laetor, sich lebhaft freuen, frohlocken*, sq. accus. rei = *über etwas*, ut τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ Tob. 13, 7. Cf. de accus. post vv. affectum, sensum indicantia *Matth.* §. 414. *Rost* §. 104, not. 3. §. 106, not. 3. *Valken.* ad Eur. Hippol. v. 1334. *Monk* ad Eur. Hippol. v. 1336. *Win.* §. 32, 1. *Gesen.* p. 806. et si Tob. l. l. cum praesenti ὑψῶ iunctum legitur futurum ἡ ψυχή — ἀγαλλιάσεται κτλ. cf. quae habent de futuro, iuncto c. praesenti, ubi praeter ea, quae nunc facit aliquis, memorantur, quae etiam postero, si tulerit res, tempore faciet, omni temporis notione obliterata *Herm.* ad Vig. p. 747. et de grammat. graec. emendatione p. 197. *Matth.* §. 506. VI. *Rost* §. 116. *Erf.* et *Wunder* ad Soph. OR. v 445. vel 442. *Stallb.* ad Plat. Euthyphr. p. 59. *Win.* §. 41, 2. a. fin. et §. 41, 6. ad Luc. 1, 37. notata. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. 2. p. 9 sq. *Ewald* p. 527. *Grimm* Comment. üb. d. Buch d. Weisheit p. 10. — sq. ἐπί τινι [vid. ἐπί] Tob. 13, 13. quo l. si jungitur c. ἀγαλλιάομαι vox ejusdem potestatis χαίρειν vid. ad Sir. 1, 9. sub ἀγαλλίαμα notata (ita ἀγάλλεσθαι Xen. Mem. 3, 5. 16.) — seq. ἔναντί τινος, *coram aliquo* et ἐπί c. dat. objecti Sir. 30, 3. — seq. ἐν c. dat. status positi pro causa remotiore rei, quam facit aliquis [vid. ἐν] 3 Macc. 2, 17.

'Αγαλλίασις, εως, ἡ (ἀγαλλιάω) *laetitia saltando et tripudiando significata* i. q. ἀγαλλίαμα quod vid. Tob. 13, 1. προσευχὴ εἰς ἀγαλλίασιν *preces pertinentes* vel *destinatae ad* animi beneficiorum div. recordantis *laetitiam indicandam.* — pro רִנָּה Ps. 30, 6. רְנָנָה 63, 6.

"Αγαλμα, τος, τό (ἀγάλλω nitidum reddo, exorno; ornamentum; ab Herodoto inde:) *statua pretiosa*, ita de simulacris deorum, *Götterbild* [Hdot. 2, 42. ἄ. τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ θεῶν Xen. h. g. 4, 4. 3.] vel ex scriptorum sacrorum dicendi consuetudine: *Götzenbild* 2 Macc. 2, 2. — pro פְּסִיל Jes. 21, 8. cf. de hoc voc. *Ruhnk.* ad Tim. Lex. Plat. p. 4 sqq.

"Αγαμος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α pr., γάμος) *coelebs* 4 Macc. 16, 9. (Xen. Cy. 9, 7.)

'Αγανακτέω, ῶ f. ήσω (ἄγαν, ἄγω) *vehementer commoveor, in heftiger Bewegung sein* a) physice, de mari aestuante, ita per imaginem, qua singulae naturae vires cum Deo adversus iniustos dimicare dicuntur, sq. κατά τινος = *gegen Jemanden wüthen, toben* Sap. 5, 22. (de vino Plut. Sympos. libr. 8, quaest. 9. quo l. jungitur c. ζεῖν.) — b) sensu morali, *succenseo, indignor, aegre fero*, abs. Hist. bel. et drac. v. 28. (Ael. V. H. 2, 15. Hdian. 8, 7. 6.) — ἐπί τινι [Vid. ἐπί] Sap. 12, 27. ἐφ' οἷς — ἀληθῆ, construe: κολαζόμενοι γὰρ ἐν τούτοις, οὓς ἐδόκουν θεούς [scil. θηρίοις], ἐπὶ τούτοις, ἐφ' οἷς πάσχοντες ἠγανάκτουν, ἐπέγνωσαν θεὸν ἀληθῆ. — 4 Macc. 4, 21.

'Αγαπάω, ῶ f. ήσω (ἄγαμαι, ἀγάζομαι, suspicio, admiror, veneror; bene excipio, amplector) 1) *diligo* i. e. a) *carum habeo, bene cupio alicui ejusque saluti prospicio,* ita de Deo diligente aliquem vel aliquid, seq. accus. Sap. 4, 10. 7, 28. 11, 24. 16, 26. Sir. 4, 10. 14. Tob. 13, 10. quo l. si ἵνα c. conjunct. et infinit. finalis interveniente particula καί alternant cf. de orat. variata *Win.* §. 64. III. *Vig.* p. 208. *Rost* §. 137, 4. α. β. §. 122, not. 3. §. 123, not. 4. *Matth.* §. 631. §. 632, 6. *Bornem.* ad Xen. Mem. 4, 1. 4. *Heind.* ad Plat. Protag. p. 510. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 211 sq. p. 496. — 3 Macc. 2, 10. quo l. ἀγαπῶν = *quum amares.* Vid. de partic. impf. ἀγαθός. — Sap. 8, 3. quo l. verba: καὶ ἠγάπησεν αὐτήν explica: *experientia cognovit, se amari a Deo.* Cf. de hoc aoristi usu *Rost* §. 116, not. 4. a. α. *Matth.* §. 506. *Buttm.* §. 124, not. 4. *Win.* §. 41, b. not. 2. coll. *Herm.* ad Vig. p. 746, not. 209. — 4 Macc. 13, 23. — ὁ ἠγαπημένος ὑπό τινος Sir. 45, 1. Jud. 9, 4. Cantic. tr. puerr. v. 11. — ὁ ἠγαπημένος τινές *der Geliebte Jemandes* [cf de participiis c. *articulo* instructis et de adjectivis verbalibus post se habentibus *genit. Matth.* §. 346, not. 1. §. 345. not. *Rost* §. 130. p. 669 sq. §. 112. p. 553. *Win.* §. 30, 4.] 3 Macc. 6, 11. — abest genit., ut τοῦ κυρίου vel τοῦ θεοῦ, abest etiam artic. Sir. 24, 11. quippe quod agi de urbe Hierosolyma contextus docet. —

de hominibus et animalibus legitur, ut Sir. 13, 14. πᾶν ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ καὶ πᾶς ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ. De h. l. praesenti poni solito in re fieri solita vel in sententia generali cf. *Herm.* ad Vig. p. 747. ***Matth.*** §. 502. ***Buttm.*** §. 124, not. 4 ***Rost*** §. 116. coll. ***Win.*** §. 41, 2. – Legitur *imperativus* it. *particip.* praes. in re, quae iam fit vel durat vel saepius repetitur [cf. *Herm.* ad Vig. p. 748. 773. ad Soph. Aiac. v. 1061. OC. v. 91. El. v. 47. — ***Matth.*** §. 499. §. 501. §. 502. ***Rost*** §. 124. §. 116. ***Win.*** §. 44, 5. §. 46, 5.] sq. accus., ut οἰκέτην συνετὸν ἀγαπάτω σοῦ ἡ ψυχή Sir. 7, 21. 30, 23. Tob. 4, 13. — ὁ ἀγαπῶν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Sir. 30, 1. Tob. 13, 12. 14. — passivum seq. ὑπό τινος Sir. 3, 17. 45, 1. Bar. 3, 36. seq. ἐκ c. gen. rei, e qua prodit caritas = *diligor propter aliquid* [vid. ἐκ] Sir. 7, 35. — seq. ἐν c. dat. nunc virtutis, in cujus studio versatur aliquis Sir. 47, 6. nunc conditionis vel ditionis, in qua est aliquis 1 Macc. 6, 11. ἀγαπώμενος ἤμην i. e. *vir eram, qui amarer.* (Hdian. 1, 5. 7, Xen. Mem. 1, 5. 4.) — — b) de hominibus *Deum* carum habentibus, ubi, quum in amore Dei cernatur cultus ejus, respondet Lat. *amore et cultu prosequor, colo, veneror* Sir. 47, 8. — ὁ ἀγαπῶν θεόν substantive et omni temporis notione obliterata [cf. ***Matth.*** §. 271, 2. §. 570. ***Rost*** §. 130, 6. ***Schäfer*** ad Eur. Or. p. 70. ***Wolf*** Leptin. p. 277. ***Seidler*** ad Eur. Iphig. T. v. 1272. ***Poppo*** ad Thuc. I. p. 152. ***Fritzsche*** Ev. Matth. p. 101. 158. ***Bornem.*** schol. p. 10.] = ***cultor Dei*** Sir. 1, 8. 31, 16. Tob. 14, 7. Hist. bel. et drac. v. 38. — praeter amorem simul ab ejusdem reverentia appellantur cultores Dei, iunctis vel alternantibus vocc. οἱ φοβούμενοι et οἱ ἀγαπῶντες κύριον Sir. 2, 16. 17. — sine artic. si 1 Macc. 4, 33. legimus verba: ἀγαπῶντές σε *deine Verehrer,* agi de personis per se definitis et certis memineris cf. ***Rost*** §. 98. ***Win.*** §. 18. 1. ***Buttm.*** §. 110, not. 3. — In locis Sir. 7, 30. 47, 22. si neglectum videtur, quod est inter imperat. et particip. aoristi et inter imperat. et particip. praesentis, discrimen, eo aoristum praesenti praetulisse auctor putandus est, quod rem eamque statim faciendam magis, quam rei durationem respexit. Cf. ***Matth.*** §. 501. ***Buttm.*** §. 124, 5. ***Rost*** §. 124. §. 117, 2. §. 116, 8. ***Win.*** §. 44, 6. §. 46, 7. — c) ***studii*** notione adjuncta, ***diligo et operam do, studiosus sum,*** vel ***colo,*** ita seq. acc. ***rei,*** ut δικαιοσύνην Sap. 1, 1. de h. l. imper. aor. vid. supra ad Sap. 8, 3. observata. — τὴν σοφίαν Sap. 6, 12. Sir. 4, 12. 14. addito ὑπέρ τι i. e. ***magis quam aliquid*** [vid. ὑπέρ] Sap. 7, 10. εὐσέβειαν 4 Macc. 15, 2. ζωήν Sir. 4, 12. — τὴν ψυχήν i. e. ***animi disideriis satisfacio,*** ita Sir. 14, 16. ubi pro: ἀπάτησον vel pro: ἀπότισον ***Grot.*** legi mavult ἀγάπησον. Vid. ***Bretschn.*** ad h. l. (Dem. p. 263, 7. p. 662, 5. ***Isocr.*** ad Demonic. p. 8. ed. ***Lange.***)

2) ubi poni poterat φιλέω, ***amo, delector aliqua re*** [cf. ***Tittmann*** de synonym. N. T. p 50. sqq. et ***Forcellini*** Lex. lat. sub vocc. ***diligo et amo***], ut τὴν ἰδίαν γυναῖκα Esr. 4, 25. κίνδυνον Sir. 3, 24. χρυσίον 34, 5. — seq. infinit., ut ἀκούειν, ***audire amo*** i. e. ***libenter audio*** [cf. ***Win.*** §. 58, 4. ***Fritzsche*** Ev. Matth. p. 260.] τί Sir. 6, 32. — (ita Hdian. 2, 15. ἀγαπήσας — λαβεῖν ταῦτα. 4, 15. 20. φιλέω Ael. V. H. 14, 37.) — φιλέω pro אָהֵב Jes. 56, 10. Jer. 14, 10. —

Ἀγάπη, ης, ἡ, ***amor, qui nascitur ex admiratione et veneratione alicuius*** (ἄγαμαι), ita de amore in Deum Sap. 3, 9. vel de sapientiae amore Sap. 6, 17. 18. in quibus l. si legitur sine artic. cf. de nomm. abstractis, artium, virtutum, vitiorum, sine articulo poni solitis ***Win.*** §. 18, 1. ***Rost*** §. 98. ***Matth.*** §. 264. ***Fritzsche*** Ev. Matth. p. 206. —

Ἀγάπησις, εως, ἡ (ἀγαπάω q. v. Vox Graecis antiquioribus incognita cf. ***Lob.*** ad Phryn. p. 352.) ***amor,*** sq. gen. objecti [vid. ἀγαλλίαμα], ut σοφίας Sir. 40, 20. — in codd. Sir. 1, 11. 11, 15. 17, 14. 19, 17. 24, 17. 48, 11. vid. de his l. ***Bretschn., Apel.*** — (Plut. de fratern. amor. c. 11. fin. ***Athen.*** 12, 79. p. 558.

Ἀγαπητός, ή, όν (adject. verb. ab ἀγαπάω) ***dilectus, carus,*** in blanda compellatione Tob. 10, 13. (Diod. Sic. 1, 84. Xen. Mem. 2, 1. 32.) — sq. genit. = ***der Liebling Jemandes*** [vid. de genit. post adject. verbal. sub ἀγαπάω monita] Bar. 4, 16. — seq. τινί ***carus alicui*** Sir. 15, 13. (ita 1 Thess. 2, 8.) —

Ἀγαπητῶς, adv. (ἀγαπητός) ***libenter,*** ἀγαπητῶς ἔχω = ἀγαπάω, ***diligo*** [Hdian. 4, 2. 10. 7, 8. 8. ἀγ. ἔχειν τὰ ἑαυτῶν] μᾶλλον ἀγ. ἔχω, ***magis diligo, cariorem habeo*** Sir. praef. secunda: ἐξ αὐτοῦ τῆς σοφίας ὀνόματος ἀγαπητῶς μᾶλλον ἔχειν τὸν ἀκροατὴν πρὸς τὴν τῆς βίβλου μελέτην ἐπισπώμενος i. e. ***quum per ipsum sapientiae nomen movere vellet*** [vid. ἐπισπάω] ***lectores*** [vid. ἀκροατής], ***ut cariorem*** [scil. quam sine illo nomine eventurum esse speraret] ***haberent et ad ejus studium accederent.*** Cf. de comparativo sine casu comparationis ***Matth.*** §. 457. ***Stallbaum*** ad Plat. Phileb. p. 120. ***Win.*** §. 36, 3. et quatenus h. l. agnoscenda sit duarum locutionum confusio sub ἐπισπάω observata.

Ἄγαρ, ἡ [terminat. gr. ἀγάρη, ης, ἡ Jos. Ant. 1, 12. 3.] ***Hagar,*** hebr. הָגָר, nom. propr. indecl. Erat Hagar ancilla Abrahami et mater Ismaelis. Bar. 3, 23. cf. Genes. 16, 1 sqq.

Ἀγγαῖος, ου, ὁ, ***Haggaeus,*** hebr. חַגַּי, nom. propr. prophetae judaici, tempore Darii Hystaspis, ao. 521. ante Chr. viventis Esr. 6, 4.

Ἀγγεῖον, ου, τό (ἄγγος) ***vas, Gefäss, Behältniss,*** ἀ. ὑδάτων ***vas aquis hauriendis inserviens*** [cf. de hoc gen. ***Win.*** §. 30, 2. ***Rost*** §. 108. ***Fritzsche*** Ev. Marc. p. 610. ***Schäfer*** ad Longin. pastor. p. 386.] Jud. 7, 20. ἐξέλιπε — ὑδάτων ***omnes Bethuliae incolas defecerunt vasa sua aquis hauriendis inservientia*** i. e. ***das Wasser ging ihnen aus in allen ihren Gefässen*** (λίπον ἰοὶ — ἄνακτα Hom. Od. 22, 119.) — Sir. 21, 14. Jud. 10, 5. 1 Macc. 6, 53. — pro כְּלִי Num. 4, 9. (Xen. An. 6, 2. 14.)

Ἀγγελία, ας, ἡ, ***nuntius qui affertur, Nachricht*** Sap. 5, 9. (Xen. Cyr. 6, 2. 14.) —

Ἀγγέλλω, f. λῶ (nuntio, nuntium affero) ***indico,*** τινί Hist. Sus. v. 40. quo l. pro ἀγγεῖλαι codd. ἀπαγγεῖλαι. (Xen. h. g. 1, 1. 26.)

Ἄγγελος, ου, ὁ, ***nuntius qui mittitur, legatus, Bote, Gesandte,*** a) univ., seq. genit. mittentis Jud. 1, 11. — sine artic. ἄγγελοι, ***Boten, Gesandte*** 3, 2. 1 Macc. 7, 10. — ἀπέστειλεν — βιβλία ἐν χειρὶ ἀγγέλων misit epistolas, quae erant ***in manu legatorum*** i. e. ***per legatos*** 1 Macc. 1, 44. Cf. de hoc verbositatis genere vel de simplicitate antiquitatis totum rei ambitum emetiri nihilque cogitationum, quod eodem spectet, missum facere solita ***Fritzsche*** Ev. Matth. p. 79. 199 sq. ***Win.*** §. 67, 2. ***Matth.*** §. 557, 1. §. 558, not. 1. ***Rost*** §. 140. 4, b. f. ***Jacob*** quaest. Lucian. ad calcem Lucian. Tox. p. 22. ad. Lucian Alex. p. 117. ***Erf.*** ad Soph. OR. v. 733. — 1. Macc. 5, 14. — pro מַלְאָךְ 1 Sam. 12, 3. (Xen. Cyr. 2, 4. 1. Diod. Sic. 11, 23.) — — b) addito τοῦ θεοῦ vel κυρίου, vel θεοῦ ***legatus Dei,*** appellantur ita nunc prophetae Esr. 1, 50. 51. — pro מַלְאָךְ Mich. 3, 1. — nunc genii homine

superiores, ubi nos: *Engel*, Lat. *angelus Dei*; credebatur enim Deus, ex similitudine regum orientalium ad Deum translata, angelis circumdatus atque in gubernando mundo hominumque salute promovenda uti iis tanquam ministris et nuntiis. Legitur ita ὁ ἄγγελος c. artic. i. e. *angelus ille*, quo in iuvando, tuendo vel puniendo aliquo uti decrevit Deus Sir. 48, 21. Tob. 5, 16. 8, 15. 11, 14. Hist. Sus. v. 59. 2 Macc. 15, 21. coll. 2 Regg. 19, 35. et Jes. 37, 36. — Bar. 6 vel epist. Jerem. v. 7. Tob. 12, 15. Cant. tr. puer. v. 25. Hist. bel. et drac. v. 34. 36. 39. — ὁ ἐμπυριστὴς — ἄγγελος 4 Macc. 7, 11. coll. Num. 16, 35. Lev. 10, 1. 2.— ἄγ. θεοῦ sine artic. *ein Engel Gottes* Hist. Sus. v. 55. Addit. ad libr. Esth. 5, 12. — ἄγγελός σου ein Engel *von dir* 1 Macc. 7, 41. — ὁ ἄγγελος nude si ponitur = *angelus modo* vel *ante* memoratus Tob. 5, 6. coll. v. 4. ὁ δὲ ἄγ. *angelus ille*, quem comitem se adiunxisse Tobiae legimus Tob. 6, 3. 4. 5. 6. 10. 13. 15. 8, 3. — τὸν ἄγ. i. e. *comitem illum, quem angelum fuisse lectores sciunt.* — Sine artic. Tob. 5, 4.— δύο ἄγ. 3 Macc. 6, 18. ἔφιπποι — ἄγ. 4 Macc. 4, 10. — Sap. 16, 20. ἀγγέλων τροφή, *Engels-Speise* [cf. de genit. cum nomine regente in unam notionem coëunte *Win.* §. 18, 1.] appellatur ita, ut apud LXX. ἄρτος ἀγγέλων pro לֶחֶם אַבִּירִים *Fürsten-Brod* i. e. *cibus exquisitus vel delicatus* Ps. 78, 25., *Manna*, qua vescebantur Israelitae desertum Arabiae peragrantes Exod. 16, 31. Hebraei enim, ut Graeci et Romani, manna rorem esse putabant coelitus decidentem, ἀερόμελι, ὕον μέλι, unde idem Arabibus *coeli panis, Himmelsmanna* dicitur. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub. voc. *Manna.* — ἄγ. ἀγαθός, vel. ἀγαθὸς ἄγ. *ein guter Engel,* Tob. 5, 21. 2 Macc. 11, 6. 15, 23. — Commemoratur denique Tob. 12, 15. εἷς ἐν τῶν ἑπτὰ ἁγίων ἀγγέλων, nomine Raphael, qui ut Gabriel Luc. 1, 26. et Michael Dan. 10, 13. 21. erat ex numero, qui dicebantur, archangelorum. Cf. *Win.* l. l. sub voc. *Engel. Bertholdt* Daniel p. 325. 707. *Eichhorn* Einl. in d. Apocr. d. A. T. p. 407 sq. *Bretschneider* Dogm. und Moral der Apocr. d. A. T. p. 187 sqq. *Ilgen*, die Gesch. Tobi's p. LXXXV. LXXXIX. CCLXV. —

'Αγελαῖος, αία, ον (ἀγέλη, armentum, grex; ad gregem pertinens) *armentarius, qui gregatim invenitur, heerdenweise, schaarenweise* [ἰχθύες ἀγ.= Zugfische Hdot. 2, 93.] ὄχλοι ἀγ. συναχθέντες multitudo hominum, qui *gregatim* vel *per greges convenerunt* 2 Macc. 14, 23. coll. v. 14. Quo l. si, ubi nos adverbio utimur, eadem notione adjectivum ad substant. refertur cf. *Win.* §. 58, 2. *Matth.* §. 446, 8. *Rost* §. 98, not. 8. *Buttm.* §. 109, not. 3. *Fischer* 3. a. p. 331. —

'Αγέλη, ης, ἡ, *grex* [Diod. Sic. 3, 34. Xen. Mem. 2, 9. 7.] de hominum grege 4 Macc. 5, 3. Ita pro vulg. ὄχλος edidit *Apel.* (παρθένων ἀγέλαι Pindar.)

'Αγεληδόν, adv. (ἀγέλη) *gregatim* [propr. Hom. Il. 16, 160. Hdot. 2, 93.] i. e. *catervatim, schaarenweise* 2 Macc. 3, 18. 14, 14. (Diod. Sic. 16, 80.) De adverbiis desinentibus in ηδον vid. *Rost* §. 86. *Buttm.* §. 104. IV. 15. gr. max. §. 119. *Matth* §. 257.

'Αγερωχία, ας, ἡ (ἀγέρωχος) *insolentia, superbia,* 2 Macc. 9, 7. οὐδαμῶς τῆς ἀ. [scil. qua erat vel qua tractabat alios] ἔληγεν. — iungitur c. ὕβρις 3 Macc. 2, 3. de h. l. dativo modum indicante vid. *Matth.* §. 400, 5. *Rost* §. 106. 1. o. *Buttm.* §. 120. gr. max. 115, 5. *Win.* §. 31, 4. (Alciph. 1, ep. 26. 3, ep. 27.) — de insolentia in luxuria vitaeque mollitie conspicua Sap. 2, 9. cf. ad h. l. *Grimm* p. 57.

'Αγέρωχος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α intens. et γεράοχος vid. *Buttm.* Lexilog. II. p. 100. *Passow* et *Rost* in Lex. gr. sub h. v. — sensu honesto: magnanimus, honoratus, ruhmvoll, muthig, ita de Rhodiis Hom. Il. 2, 654. de Troianis 3, 35. de Periclemeno Hom. Od. 11, 286. — Pind. Nem. 6, 56. Olymp. 10, 96. Pyth. 1, 96. — seriori aetate sensu malo:) *superbus, insolens, übermüthig, wild, unbändig* 3 Macc. 1, 25. (ita Alcaeus et Archil. vid. *Buttm.* l. l. p. 100. Plut. de frat. amore c. 21. ubi c. ὑβριστής, vit. Artaxerx. c. 27. ubi c. τραχύς copulatur.

'Αγιά, ὁ, *Hagia*, hebr. חֲגָיָה, nom. propr. Levitae, cuius posteri erant in Judaeis Esram e Babylonia in patriam sequentibus Esr. 5, 34. coll. 1 Chron. 6, 15. vel 7, 30.

'Αγιάζω, f. άσω, (forma serioris aevi pro Graecorum ἁγίζω [cf. *Lob.* ad Phryn. p. 66 sq. *Win.* §. 16, 1. — ἅγιος) 1) *sacrum facio, consecro, ich weihe, heilige* a) seq. acc. *rei*, cuius ulla aliqua est cum cultu Jehovae, et Dei et regis Israelitarum, necessitudo, ut δεκάτην Sir. 32, 9. — addito τινί Iud. 11, 13. — Sir. 36, 9. ἀπ' αὐτῶν [scil. ἡμερῶν] — ἡγίασε scil. τινάς [vid. de huius voc. omissione τίς]. — προσφοράς, θυσίας Esr. 5, 52. — τὸν τόπον τοῦτον 3 Macc. 2, 16. addito εἰς ὄνομά σοι *ut nomen faciat tibi* i. e. *ut faciat ad nominis tui majestatem* per omnem terrarum orbem *patefaciendam* 3 Macc. 2, 9.— τὸ ἱερόν Esr. 1, 49. de h. l. particip. praes. vid. sub ἀγαπάω monita. — οἶκον Tob. 1, 4. vide tamen de h. l. verbis: καὶ ἡγιάσθη — αἰῶνος critice, ut videtur, suspectis *Ilgen* die Gesch. Tobi's p. 7 sq. — Jud. 7, 3. quo l. si participium perfecti, pertinens ad rei absolutae durationem indicandam praesentis simul notionem includit, cf. *Matth.* §. 497. §. 500. §. 502, 2. §. 505. III. *Buttm.* §. 100, 2. §. 123, 8. gr. max. II. §. 113. *Rost* §. 117. §. 116, not. 1. *Herm.* ad. Vig. p. 748. *Win.* §. 41, 4. coll. §. 45, 8 fin. §. 46, 2. *Fritzsche* diss. II. p. 106. — pro קִדֵּשׁ 1 Regg. 8, 64. — (Dion. Hal. Ant. 2. p. 72.) — τὴν ψυχήν, in codd. Sir. 14, 16. vid. tamen sub ἀγαπάω No. 1. c. et ἀπατάω observata.

b) seq. accus. *personae.* Ita de viris, quos hactenus sibi Deus consecravit i. e. arctiori secum vinculo connexos esse pronuntiavit, quatenus iis, uti Mose, in condenda, vel, uti prophetis, in custodienda ac tuenda theocratia, religionis praecepta pariter atque ordinem civilem comprehendente, vel denique, uti sacerdotibus, Levitis in cultu div. externo administrando uti voluit ministris. Sir. 45, 4. ἐν πίστει καὶ πρᾳΰτητι [scil. ὄντα vid. ἐν] ἡγίασεν. Sir. 49, 7. quo l. si duplex habetur nominat. alter subjecti alter praedicati vel finem vel qualitatem indicans cf. de eiusmodi duplici nominat. et, ubi legitur activum, accusativo *Matth.* §. 420. §. 420, not. 1. §. 428, 1. §. 307. §. 310. *Rost* §. 104. §. 100, not. 1. *Kön.* ad Greg. Corinth. p. 331 ed. *Schäfer*. *Win.* §. 32, 4. b. — Sir. 36, 12. ἐξ αὐτῶν — ἡγίασε scil. τινάς. — Vide τίς. Quo l. ex verbis seqq. καὶ πρὸς αὐτὸν ἤγγισε, agi nunc de sacerdotibus Jehovae ministrantibus intelligitur. — addito τινί Esr. 1, 3. — de populo israelitico eiusque maioribus, Abrahamo et Jacobo, quae eo sibi consecravit i. e. tales pronuntiavit Deus, quibuscum arctiori vinculo connexus esset, quippe qui colerent eum et quibus prae ceteris faveret 2 Macc. 1, 25. 3 Macc. 6, 3 bis. Jud. 6, 19. — de singulis personis eo se Deo consecrantibus, quod ne mortis quidem supplicium pro lege et religione patria subire dubitarent 4 Macc. 17, 19. 20. Loco priori desumto ex Deut. 33, 2. si quae leguntur de populo israel., Dei peculio ad causam suam transfert auctor, ad loci posterioris verba conferenda sunt, quae leguntur 2 Macc.

6, 18 sqq. et 7, 1 sqq. Ceterum de illorum l. participio perf. pass. et de a. 1. p. significatione reflexiva positis = *sich Gotte weihen* cf. *Matth.* §. 496, 3. *Buttm.* §. 123, 2. *Rost* §. 112, 8. *Win.* §. 40, 2. 3. *Fritzsche* Ev. Marc. 56 sq. — 2) *sanctum et venerandum reddo*, a. 1. p. signif. reflexiva Sir. 33, 4. ἐνώπιον αὐτῶν ἡγιάσθης ἐν ἡμῖν, *coram illis sanctum et venerabilem te exhibuisti inter nos* i. e. *testes illi fuerunt maiestatis tuae conspicuae in peccatis nostris puniendis*. Quo l. uti ἁγιάζειν et μεγαλύνειν alternant, ita ἁγιάζειν legitur pro הִקָּדֵשׁ Num. 20, 13. Ezech. 36, 23. coll. 38, 23.

Ἁγίασμα, τος, τό (ἡγίασμαι. De subst. desinentibus in σμα cf. *Buttm.* §. 104. II. 7. a. gram. max. II. p. 119. *Rost* §. 91, 2.) *res consecrata* a) univ. Sir. 45, 12. στέφανος—ἐκτύπωμα σφραγῖδος ἁγιάσματος i. e. *corona instructa sculptura signaculi habentis verba* ἁγίασμα scil. κυρίου i. e. *Deo sacrum*. Ita קֹדֶשׁ לַיהוָה. Exod. 28, 36. cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Hohepriester*. — b) de templo hierosolymitano aa) *c. artic.* Sir. 47, 10. 1 Macc. 1, 21. 36. 37. κωλύειν ἐκ τοῦ ἁγ. *impedire et removere a templo* victimas, libationes, similia v. 45. 46. 5, 1. 6, 7. 26. 51. — addito gen. pers. cuius usibus patet, it. loci, qui habet templum Iud. 5, 19. 1 Macc. 1, 39. — bb) *sine* artic. legitur Sir. 47, 13. ἵνα — αἰῶνα *ut exstrueret templum in longissima tempora duraturum* Sir. 36, 15. 49, 6. 50, 11. Esr. 8, 78. 1 Macc. 1, 46.

Ἁγιασμός, οῦ, ὁ. (= τὸ ἁγιάζειν sanctificatio, consecratio. Cf. de substantivis notionem verbi per abstractum continentibus *Buttm.* §. 104. II. 7. a. gram. max. §. 114. *Rost* §. 91, 7.) 1) *sanctitas, die Heiligkeit* Sir. 17, 8. ὄνομα ἁγιασμοῦ, *nomen sanctitatem habens*, i. q. ὄνομα ἅγιον sed fortius. Quo l. si ex hebraica dicendi consuetudine genitivus substantivi loco adjectivi ponitur, cf. *Win.* §. 34, 2. b. *Gesen.* Lehrgeb. d. hebr. Sprache p. 643. *Ewald* hebr. Gramm. p. 572. gram. min. p. 243. collatis, quae habent de eodem circumscriptionis genere, poetis Graecorum maxime usitato et splendorem orationis augente *Fritzsche* ep. Pauli ad Rom. Vol. Imo. p. 367 sq. *Meyer* ep. P. ad Cor. I. p. 41. *Hermann* ad Viger. p. 887. — 2 Macc. 4, 36. Sir. 7, 32. δὸς [scilicet τοῖς ἱερεῦσι] — θυσίαν ἁγιασμοῦ, *da — oblationem, quae habet sanctitatem* i. e. *quae est ex oblationibus sanctissimis*. Insigniebatur hoc nomine sacrificium incruentum l. fertum [= Speisopfer, hebr. מִנְחָה, apud LXX Lev. 2, 3. 6. 8. 9. 6, 14. θυσία appellatum] quod una cum victimis offerri solebat apud LXX interpretes ἅγια ἁγίων Lev. 6, 17. 21, 22. appellatis. Alii ad num. 2. h. l. referunt. —

2) *locus sacer, sanctuarium, templum* pro: ἁγίασμα. 2 Macc. 2, 17. ὁ οἶκος τοῦ ἁγιασμοῦ 3 Macc. 2, 18. — Sir. 7, 32. θυσία ἁγιασμοῦ, *oblatio templi* i. e. vel: *oblatio ad templum pertinens* vel *in templo offerenda*. Oblationum incruentarum pars una quum Deo offerretur, altera vero pariter atque τῆς ἀπαρχῆς, πλημμελείας, βραχιόνων portio certa, sacerdotibus cederet, interpretes nonnulli θυσίαν ἁγιασμοῦ non esse nisi oblationes incruentas in templo offerendas existimarunt.

Ἀδύνατος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α priv. et δυνατός) 1) *qui non potest, impotens, invalidus, infirmus,* ita de homine infirmo Bar. 6, 28. (Xen. Mem. 2, 1. 13.) de diis gentilium v. 54. ἀδύνατοι ὄντες = *cum impotentes sint.* (De partic. resolv. vid. ἀγαθός) — de rebus, ut de violentia 4 Macc. 11, 25. de nocte vel caligine illa aegyptiaca miraculosa Exod. 10, 22 sqq. dicitur ea ἀδύνατος quippe quae nihil nocere poterat Sap. 17, 14. de h. l. acc. ad temporis durationem pertinente τὴν ἀ. — νύκτα i. e. *per noctem illam impotentem* vid. *Matth.* §. 425. *Buttm.* §. 118. 8. *Rost* §. 104. — de orco, inanes umbras sine viribus habente Sap. 17, 14. — 2) neutr. ἀδύνατον, *quod fieri nequit, Unmöglichkeit, Unmögliches,* 3 Macc. 4, 18. ὡς ἀδυνάτου καθεστῶτος πᾶσιν i. e. νομίζοντες vel λέγοντες, ὡς ἐστὶν ἀδύνατον καθεστὸς πᾶσιν, *behauptend, dass es eine ausgemachte, entschiedene Unmöglichkeit sei,* — ἀδύνατόν ἐστι sq. inf. subjecti notâ, (cf. de inf. subjecti notâ quatenus nunc praefigitur illi articulus, nunc abest *Matth.* §. 530. §. 534. §. 540. *Rost* §. 125. *Win.* §. 45, 1. coll. *Buttm.* §. 127, 5.) ita sq. inf. aor. [vid. ἀδυνατέω] Sap. 16, 15. 2 Macc. 4, 6. — abest ἐστι 2 Macc. 14, 10. (Lucian. Dial. Deor. 10, 2. Xen. Mem. 2, 6. 16.)

Ἄιδω, f. ᾄσομαι, *cano,* τινί, *in honorem alicujus,* addito ἔν τινι *in Begleitung einer Sache* Jud. 16, 2. (Xen. Conv. 3, 1.)

Ἀδωνικάμ, ὁ, *Adonikam,* hebr. אֲדֹנִיקָם nom. propr. indeclin. viri judaei, cujus posteri c. Esra in patriam redibant Esr. 8, 39. — coll. Esr. 2, 13. 8, 13. Neh. 7, 18.

Ἀδωνικάν, ὁ, *Adonikan,* nom. propr. indeclin. viri, cujus posteri e Babylonia in patriam c. Esra revertebantur Esr. 5, 14.

Ἄδωρα, ἡ, *Adora,* hebr. אֲדוֹרַיִם (Jos. Ant. 8, 10. 1. ubi ἀδωραΐμ et ἄδωρα Jos. Ant. 13, 15. 4. apud LXX. 2 Chron. 17, 9. ἀδωραΐ) nom. propr. urbis in tribu Judae sitae, indeclin. 1 Macc. 13, 20.

Ἀεί, adv. semper, Sap. 14, 31. 17, 11. Esr. 1, 32. 2 Macc. 14, 15. Addit. ad libr. Esth. 2, 2. 6, 4. 8. (Xen. Cyr. 1, 4. 15.) c. artic. i. e. *sempiternus, perpetuus,* (de artic. ita c. adverbiis juncto ut circumscribatur adjectivum vid. *Matth.* §. 272. *Buttm.* §. 42. 3. *Rost* §. 98. *Win.* §. 19, 1.) ut ὁ ἀεὶ χρόνος 3 Macc. 3, 29. 7, 23. (Xen. Mem. 2, 1. 33. Cyr. 8, 7. 8.) vel *qui quolibet tempore obtinet, jedesmalig,* ut οἱ ἀ. ἱερεῖς 3 Macc. 3, 21. (οἱ ἀ. βοῶντες Xen. An. 4, 7. 23. οἱ ἀ. ἔχοντες 5, 4. 15. ὁ ἀ. βασιλεύων Xen. Cyr. 7, 2. 47. Diod. Sic. 16, 76.)

Ἀέναος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (= ἀείναος ab ἀεί et νάω fluo) 1) *undis perennibus fluens, semper fluens,* ποταμός. ita de Nilo, cujus fontes semper scaturiunt Sap. 11, 6. (Hdot. 1, 145. Diod. Sic. 11, 5. Xen. h. g. 3, 2. 18.) — 2) *perennis, aeternus,* ut θίς Bar. 5, 7. ζωή 2 Macc. 7, 36. (τροφή Xen. Ag. 1, 20.)

Ἀέρμων, ὁ, *Hermon,* hebr. חֶרְמוֹן nom. propr. indeclin. Est autem Hermon jugum Antilibani pluri-

bus rupibus constantis, cujus summum promontorium per totum annum nivibus tegitur, unde cognomen: *Schneeberg*; Cf. *Win.* bibl. Realw. sub h. voc. — Sir. 24, 13. — coll. Deut. 3, 9. Ps. 42, 7.

'Αζαῆλος, ου, ὁ, *Azaelus*, nom propr. viri judaei, Esrae aequalis, Esr. 9, 14. 39.

'Αζαραῖος, ου, ὁ, *Azaraeus*, hebr. שְׂרָיָה apud LXX. Esr. 7, 7. σαραῖος, nom. propr. viri, qui pater fuit Esrae sacerdotis et legisperiti Esr. 8, 1.

'Αζαρίας, ου, ὁ, *Azarias*, hebr. עֲזַרְיָהוּ nom. propr. 1) juvenis Judaei, qui nobilis genere et Danieli prophetae aequalis Jojakimo regnante una c. Daniele, Anania et Misaele in Babyloniam abducebatur ministerioque regis Nabuchodonosori praeparatus provinciae administrandae praeficiebatur, patriam vero religionem constantissime cum profiteretur neque statuam quam erigi jusserat Nabuchodonosor, auream, ut adoraret moveri posset mortis quidem cum sociis damnatus, Deo tamen moderante incolumis servatus est Cantic. tr. puer. 1, 25. 65. 1 Macc. 2, 59. Cf. Dan. 1, 3—8. 18. 19. 2, 49. 3, 14. 22. v. 24—30. 4 Macc. 16, 22. 18, 11. 2) viri judaei, cujus nomine sumto et forma indutus angelus Raphael comitem se in itinere adjunxit Tobiae juniori Tob. 5, 12. 6, 6. 13. 7, 8. 9, 2. 3) unius ex aequalibus Esrae Esr. 9, 21. 43. 48. 4) viri, Judae Maccabaeo aequalis et ab eodem exercitui praefecti 1 Macc. 5, 18. 56. 61.

'Αζαρού, ὁ, *Azaru*, nom. propr. indeclin. viri judaei, cujus posteri c. Esr. in patriam redierunt, Esr. 5, 15.

'Αζηνάν, ὁ, *Azenan*, nom. propr. indeclin. Judaei, cujus posteri aequales erant Esrae, templum et rempublicam judaicam restituentis. Esr. 5, 15.

"Αζυμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (α priv. et ζύμη) *infermentatus*, τὰ ἄζυμα sc. λάγανα *placentae infermentatae*, it. ἡ ἑορτὴ τῶν ἀ. *festum* quo in memoriam exitus ex Aegypto panibus infermentatis fruebantur Judaei. Legitur ita in festi paschatos circumscriptione Esr. 7, 14. addito τὸ πάσχα Esr. 1, 19. — ἔχειν τὰ ἀ. pro ἄγειν τὴν ἑορτὴν τ. ἀ. Esr. 1, 10. si lectio sana. — ita pro מַצּוֹת 2 Chron. 8, 13. De plur. vid. ἅγιος.

"Αζωτος, ου, ἡ, *Azotus*, hebr. אַשְׁדּוֹד nomen propr. urbis quae pertinens ad urbes V. palaestinenses principes Jos. 13, 3. tum tribui Judae assignata Jos. 15, 4. denique recepta a Philistaeis Neh. 4, 7. ut ab Assyriis olim Jes. 20, 1. ita postea a Juda Maccabaeo item a fratre Jonathane oppugnata et vi capta Gabinium Romanum habuit restauratorem. Appellatur illa hodie *Esdud* Jud. 3, 1. 1 Macc. 4, 15. 5, 68. 10, 77. 78. 83. 84. 11, 4 bis. 14, 34. 16, 10. (Hdot. 1, 157. Jos. Ant. 13, 4. 4. 14, 14. 5, 4).

'Αήρ, ἐρος, ὁ, (aer densior, nebula Hom. Il. 14, 288.) *aër*, *Luft*, abest artic. in rebus per se certis (vid. ἀγαπάω) Sap. 2, 3. 7. de h. l. lectione ἀέρος praeferenda vulgatae ἀέρος vid. *Bauermeister* Sap. Sal. p. 53. — 5, 11. 13, 2. 15, 15. — c. artic. πιτηθεὶς ὁ ἀ. Sap. 5, 12. ὁ κοινὸς ἀ. 7, 3. 17, 10. 2 Macc. 5, 2. διὰ τοῦ ἀ. scil. qui super ipsis erat.

'Αθανασία, ας, ἡ (ἀθάνατος) *immortalitas*, Sap. 3, 4. ἡ ἐλπὶς — ἀθανασίας πλήρης *spes eorum plena est immortalitatis* i. e. *sperant firmo animo immortalitatem* 4, 1. 8, 13. 17. 15, 3. 4 Macc. 14, 4? 16, 14? — ἀθανασίας ὁδός *via ad immortalitatem ducens* 4 Macc. 14, 5. (Diod. Sic. 1, 2. Isocr. Panathen. c. 101. p. 496. ed. Lange.)

'Αθάνατος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α priv., θάνατος) *immortalis*, i. e. a) *interitui non obnoxius* (vid. θάνατος) Sap. 1, 15. quo l. ut δικαιοσύνη pro concreto οἱ δίκαιοι (cf. *Matth.* §. 429. *Rost* §. 97. *Lob.* ad Phryn. p. 469.) opponuntur enim v. 16. οἱ ἀσεβεῖς — ita vers. sq. αὐτός pertinet ad θάνατον, quae vox ex praeced. ἀθάνατος repetenda. — b) univ. Sir. 17, 25. 4 Macc. 18, 23. — νίκη ἀ. 4 Macc. 7, 3. εὐσέβεια 4 Macc. 14, 6. (Xen. Mem. 2, 1. 31.)

'Αθέμιτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό i. q. ἀθέμιστος (α priv. et θέμις justitia) *nefarius*, a) de rebus illicitis τὰ ἀ. *res nefariae* ἀποδιεσταλμένα ἀπὸ τῶν νόμων quae longe absunt vel abhorrent a legis praeceptis 2 Macc. 6, 5. — χρέας 7, 1. λόγοι 10, 34. (Xen. Mem. 1, 1. 9.) — b) de personis = *scelestus*, 3 Macc. 5, 20. (Herm. Il. 9, 63. Od. 9, 106. Xen. Cyr. 8, 8. 5. „de personis usurpatum praeter Homerum tuetur Grammaticus *Beckeri* Anecd. in epil. p. 94. laudatus" *Bornem.* ad Xen. l. l.)

'Αθεσία, ας, ἡ (ab ἄθετος; τὸ ἀθετεῖν actio, qua, quae rata facta sunt, irrita fiunt = inconstantia) *perfidia*, 1 Macc. 16, 17. 2 Macc. 15, 10. (Polyb. 3, 49. 70. Diod. Sic. 18, 33. et Vol. X. p. 44. ed. Bip.)

"Αθεσμος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α priv. et θεσμός lege constitutum, mos; exlex, lege non constitutum) *legi contrarius*, *injustus*, ut αἰκία 3 Macc. 6, 26. ἡ ἀ. πρόθεσις 5, 12. (βία Diod. Sic. 1, 14.)

'Αθετέω, ῶ f. ήσω (ἄθετος) *irritum facio*, a) *quod ratum factum est*, *ungültig machen*, *abrogo*, *aufheben*, τί ut τὰς διαστάλσεις, 2 Macc. 13, 25. τὰ διεσταλμένα 14, 28. ὅσα συνέθετο 1 Macc. 15, 27. ἕν vel τί τούτων sc. eorum quae modo constituta vel promissa sunt 1 Macc. 11, 36. 14, 44. 45. — ita pro הֵנִיא Ps. 33, 10. הֵסִיר Jes. 31, 2. ὁρκισμόν = *jusjurandum violo* 1 Macc. 26, 62. — ita pro הֵמִיר Ps. 15, 6. (τὴν—πίστιν Diod. Sic. Tom. X. p. 49. ed. Bip.) abest acc. rei Jud. 14, 18. ἠθέτησαν οἱ δοῦλοι sc. quae promiserant = *perfide egerunt* coll. 11, 18. 19. Quo l. quod non suo sed suorum nomine et auctoritate faciens illud patratum a Juditha judicabant hostes, plurali illi numero utuntur — τινά sive τοὺς λογισμούς τινος, Jud. 16, 6. — b) quod factum est i. e. *facio ut effectu careat*, *vereiteln* τοὺς πόνους Sap. 5, 1. alii: *vilipendo*. Quo l. si post partic. aor. pertinens ad rem cito transeuntem sequitur particip. praesentis ad rei durationem vel repetitionem spectans vid. quae de utroque sub ἀγαπάω monita sunt.

'Αθεώρητος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α priv. et θεωρέω) *non spectabilis*, *sub adspectum non cadens*, ut ζώων δρόμος Sap. 17, 19. (Marc. Ant. 1, 9.)

'Αθηναῖος, α, ον, (ἀθῆναι) *Atheniensis*, 2 Macc. 6, 1. 9, 15.

'Αθηνόβιος, ου, ὁ, *Athenobius*, nom. propr. viri, qui fuisse dicitur ex amicis regis Antiochi Epiphanis 1 Macc. 15, 28. 32. 35.

'Αθλητής, οῦ, ὁ (ἀθλέω) *certator*, *athleta*, 4 Macc. 6, 5.? (Xen. Hier. 4, 6.) — trop. pro: *propugnator*, *defensor*, ut θεοσεβείας 17, 15. νομοθεσίας v. 16.

"Αθλιος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό (ἆθλος certamen) *certaminis* i. e. *periculi plenus*, *miser*, ita superl. ἀθλιώτατος a) propr. ut προσδοχία 3 Macc. 5, 49. (Xen. Hier. 7, 12.) — b) sensu morali: *miser*, *elend*, i. e. *turpis*, *sceleratus*, de homine 3 Macc. 5, 37. (Dem. 142, 18. 395, 6.)

"Αθλον, ου, τό, *praemium certaminis*, (propr. Xen. Mem. 2, 6. 26. Lucian. Dial. Deor. 20, 1.) ita de praemiis virtutis, cujus quippe studium certamini comparatur periculis et molestiis pleno Sap. 4, 2. (Plat. Phaed. §. 63 ed. Fischer.)

'Αθλοθετέω, ῶ f. ήσω (ἆθλον—τίθημι) *praemium certatoribus propono*, *einen Kampfpreis aussetzen*, 4 Macc. 17, 12. (Athen. lib. XII et ἀθλοθεσία Dionys. Areop. II. 226. cf. Lob. ad Phryn. 510.)

'Αθλοφόρος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἆθλον—φέρω)

praemium certaminis ferens (Hom. Il. 9, 124.) *praemium certaminis reportans* = *victor, victrix*, 4 Macc. 15, 26. 18, 23.

Ἀθροίζω, f. οίσω (ἀθρόος confertus, densus; coacervo,) *congrego*, sq. acc. ut ἄθροισμα=πλῆθος 1 Macc. 3, 13. τὸ ἔθνος 14, 30. τὸν λαόν 13, 2. τινὰ ἐνθάδε 3 Macc. 6, 25. (Diod. Sic. 11, 35. Xen. Ages. 1, 6. An. 1, 1. 6.) pass. aor. l. ἠθροίσθην *congregor*, significatione reflexiva 1 Macc. 9, 28. — πρός τινα et εἰς fin. 1 Macc. 11, 60. — sq. εἰς c. acc. loci 3 Macc. 1, 20. (Plut. vit. Ages. c. 6. πρός c. acc. loci Xen. h. gr. 1, 4. 13.)

Ἄθροισμα, τος, τό, (res congregata ab ἀθροίζω; vid. ἅγιασμα ab init.) *coetus, multitudo*, = πλῆθος, 1 Macc. 3, 13. (Eur. Or. v. 864. Diog. Laërt. 10, 142.)

Ἀθρόος, α, ον, *congregatus, versammelt, haufenweise beisammen*, ἀθρόους τοὺς κλητούς 3 Macc. 5, 14. de h. l. acc. dupl. uno objecti, altero praedicati vid. ἁγιάζω. (Diod. Sic. 13, 56. Xen. Conv. 4, 36.)

Ἀθυμέω, ῶ f. ήσω = *ἀθύμως εἰμί, animum despondeo*, Jud. 7, 22. 1 Macc. 4, 27. — in codd. pro ῥαθυμεῖ legitur ἀθυμεῖ Sir. 35, 11. (Xen. Mem. 3, 5. 20. An. 3, 2. 18.)

Ἀθυμία, ας, ἡ (ἄθυμος) *animi dejectio, desperatio*, 2 Macc. 10, 13. (Hdot. 1, 37. Xen. Mem. 3, 12. 6. Plut. vit. Ages. c. 17.)

Ἀθῷος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α priv., θωή poena; impunis, τινός propter aliquid Diod. Sic. 1, 54.) *insons, innocens*, a) sine artic. ἀθῷος *ein Unschuldiger* Hist. Sus. v. 53. εἰμὶ ἀθῷος 2 Macc. 7, 19. ἔν τινι i. e. *in facienda* vel *comittenda aliqua re* Sir. 7, 8. αἷμα ἀ. 1 Macc. 7, 37. 2 Macc. 1, 8. Addit. ad libr. Esth. 6, 5. vid. αἷμα. — sq. ἀπό c. genit. sceleris commissi = *liber sum a scelere commisso* i. e. *culpa sceleris commissi vaco* Hist. Sus. 46. — pro נָקִי sq. מִן 2 Sam. 3, 28. — b) c. artic. οἱ ἀ. *die Schuldlosen*, (vid. ἄδικος) Hist. Sus. v. 53. (Dem. 31, 16.)

Ἀθῳόω, ῶ f. ώσω *impunitum sino vel dimitto*, τινὰ ἀπό τινος vacuum declaro aliquem a culpa rei, ut ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ *a culpa labiorum suorum* i. e. *a culpa quam malo labiorum suorum usu sibi contraxit* = *impunitum dimitto propter impios sermones ejus* Sap. 1, 6. de h. l. futuro pertinente ad res, quae, si occasio tulerit, fieri possunt, vid. sub ἀγαλλιάομαι ad Tob. 13, 7. monita. — Pass. ἀθῳοῦμαι *impunitus discedo*, vel *evado* Sir. 11, 10. 16, 11.

Αἰγιαλός, ου, ὁ (ἄγνυμι, ἅλς) *littus, ora maritima*, Sir. 24, 14. vid. tamen de h. l. lectione ἐγγάδοις pro αἰγιαλοῖς *Bretschn.* ad h. l. et infra ἐγγάδι. (Xen. An. 6, 2. 1.)

Αἰγύπτιος, ία, ιον (Αἴγυπτος) *aegyptius*, οἱ αἰ. Jud. 5, 12. Esr. 8, 69.

Αἴγυπτος, ου, ἡ, *Aegyptus*, hebr. מִצְרַיִם nomen regionis Africae, habentis ab occasu Libyam et Marmaricam, ab oriente Arabiam petraeam et sinum arabicum, a meridie Aethiopiam, a septentrione mare mediterraneum. Abundabat haec terra, excellens soli fertilitate, repetenda maximam partem a Nilo flumine, ab Aethiopia inde mediam Aegyptum perfluente, equis, hippopotamis, crocodilis, piscibus, frumento, allio, cepis, cucurbitis, bysso, papyro, lino, oleis, acaciis, sycomoris; metallis vero et lignis fere carebat. — Uti Aegyptus occidentalis et orientalis montium tractus habet a meridie ad septentrionem procurrentes, ita loca, Libyae confinia, sunt arenosa, Arabiam vero quae attingunt, saxosa et pecuariae soli apta. Praeter astronomiam aliarum etiam artium et disciplinarum studio terra haec celebrata est. Neque tamen unquam defuerunt, quae incolis essent molestissima, ut lepra ἐγχώριος, musquitorum importunitas, immensa ranarum copia, item locustarum examina, frugibus perniciosissima. Dividebatur Aegyptus tempore antiquissimo in superiorem (Thebaïda, serius: Saïd), mediam (Heptanomida sitam ad lacus Moerida et Menida), et inferiorem cujus pars aliqua Deltae etiam nomine insignitur, et quemadmodum Hebraeis מִצְרַיִם terra haec dicebatur, ita, qui regia in ea essent potestate, muneris tantum nomine i. e. Pharaones (= reges) ante Salomonem, post hujus vero tempora nominibus propriis in libris sacris commemorantur. Ab exilii denique babylonici inde tempore Judaeorum, nunc sponte, nunc Alexandro M. et Ptolemaeis auctoribus huc profectorum, tanta fuit multitudo, ut Ptolemaeo Philopatore regnante templum non modo, simile Hierosolymitano, Leontopoli exstruerent, sed omnino patrio more sacra facerent. Cf. *Win.* bibl. Realw. — Legitur a) sine artic. ut in N. T. (vid. *Win.* p. 101. coll. *Rost* §. 98. *Matth.* §. 264. *Buttm.* §. 110. Similiter ap. Hebraeos a nominibus propriis non hebraicis abest artic. cf. *Ewald* p. 560. gr. min. p. 240.) Sir. praef. fin. Tob. 8, 3. Jud. 1, 9. 12. 5, 10. 11. 6, 5. Esr. 1, 25. 26. 37. 38. 1 Macc. 1, 17. 18. 20. 2, 53. 3, 32. 10, 51. 57. 11, 1. 59. 2 Macc. 1, 1. 10. 4, 21. 5, 1. 8. 11. 9, 29. 3 Macc. 3, 12. 4, 18. 6, 4. 7, 1. 4 Macc. 4, 22. (Diod. Sic. 1, 10. 35. 37. 41. Xen. Cyr. 8, 6. 20 et 21. 8, 8. 1. Palaeph. 43.) ἡ γῆ Αἰγύπτου Jud. 5, 12. Addit. ad libr. Esth. 3, 9. γῇ Αἴγυπτος Bar. 1, 19. 20. 2, 11. 1 Macc. 1, 19 bis. — b) c. art. ἡ γῆ Αἰ. Jud. 1, 10. 1 Macc. 1, 16. τὸ (sc. διάδημα) τῆς Ἀσίας καὶ Αἰγύπτου 11, 13. 3 Macc. 2, 25. 3, 20. (Diod. Sic. 1, 9. 10. 30. 31.)

Αἰδέομαι, οῦμαι f. έσομαι, a. 1. med. ᾐδεσάμην, a. 1. p. ᾐδέσθην (de aor. 1. passiv. ᾐδέσθην cf. *Rost* §. 48. §. 77. §. 71. *Buttm.* §. 89. not. 1. §. 84. gr. max. §. 95. §. 98. §. 100.) verb. dep. med. (cf. *Rost* §. 82.) 1) *pudore suffundor, verecundor, ich werde roth, schäme mich*, sq. acc. τί = *über etwas* (de acc. objecti post vv. affectum, sensum indicantia vid. ἀγαλλιάομαι) Jud. 9, 3. ἡ sc. στρωμνὴ ᾐδέσατο τὴν ἀπάτην αὐτῶν *quod* (stragulum vel qui lectus) *erubuit ob fraudem eorum* i. e. *ob fraudem quam fecerant* sc. Dina vitianda. Uti enim h. l. respicitur stuprum Dinae uni Jacobi filiae illatum a Sichemo, Hemori filio, Gen. 34., ita ad stragulum, stupri quippe illati testem, refertur, quod ad personam in stragulo discumbentem pertinet. (ita praesens Lucian. Dial. Deor. 20, 3. αἰδεῖσθαί γε τὰ τοιαῦτα et aor. 1. med. Soph. Aj. v. 501. αἴδεσαι μὲν πατέρα τὸν σόν. cf. de aor. 1. med. quatenus hac significatione nonnisi ap. poetas atticos reperiatur, cum ap. scriptores prosaicos Atticorum aor. 1. med. ignoscendi potestatem habeat ut Dem. 694, 1. 983, 19. *Buttm.* gr. max. §. 114. coll. *Passow* I. p. 45.) — 2) *revereor, ich habe Scheu*, a) τί *vor etwas, ich ehre etwas*, ut τὸ δίκαιον 2 Macc. 4, 34. 4 Macc. 5, 6. (Hom. Il. 9, 636. Pind. Pyth. 4, 307. τινί Xen. Cyr. 8, 1. 28.) b) sq. infin. *ich scheue mich etwas zu thun, vereor*, 4 Macc. 12, 11. 13. (Xen. Conv. 8, 33.)

Αἰδήμων, ονος, ὁ, ἡ — ον, τό (αἰδέομαι) *verecundus, modestus*, sq. acc. rei τὴν ἀπάντησιν = *in der Art, wie jemand andern begegnet* vel *im Umgange mit andern*, (cf. de acc. pertinente ad accuratiorem definitionem rei, ad quam spectat, quod adjectivo vel verbo enuntiatur *Matth.* §. 424. *Buttm.* §. 118. *Rost* §. 104. *Win.* §. 32, 6. p. 186 sq. *Ewald* p. 586. gr. min. p. 253.) 2 Macc. 15, 12. alii pro αἰδέσιμος positum esse h. l. judicant i. e.

venerandus, veneratione persequendus, τὴν ἀ. i. e. propter eam, qua utebatur, alios tractandi rationem. vid. de acc. post vv. sensus, affectuum ἀγαλλιάομαι — 4 Macc. 8, 3. (verecundus, modestus, Xen. Lac. 2, 11. Conv. 8, 16.)

'Αϊδίας, ου, ὁ, *Aidias*, nom. propr. viri Esrae aequalis Esr. 9, 27.

'Αἰθιόπια, ας, ἡ, *Aethiopia*, regio Africae septentrionalis ultra Aegyptum sita, nunc *Abyssinien* vel *Habesch* dicta Jud. 1, 19. Esr. 3, 2. Addit. ad libr. Esth. 2, 1. 6, 1. (Diod. Sic. 3, 10. Xen. Cyr. 8, 6. 21.)

'Αΐδιος, ία, ιον, (ἀεί) *aeternus*, ut φῶς Sap. 7, 26. (Xen. Cyr. 7, 5. 73.)

'Αϊδιότης, τητος, ἡ (ἀΐδιος) *aeternitas*, Sap. 2, 23. Cf. de h. l. lectione ἀϊδιότητος ex glossemate ut videtur orta et postponenda lectioni ἰδιότητος *Bauermeister* Sap. Sal. p. 58.

'Αιδώς, όος, οῦς, ἡ (facta quorum pudet nos Hom. Il. 5, 787.) *pudor, verecundia*, metus turpitudinis, *sittliche Scheu, Verschämtheit*, 3 Macc. 1, 19. 4, 5. (Dionys. Hal. Ant. 17, 72. Plut. Ages. c. 20. Xen. Mem. 2, 1. 22. 3, 7. 5.)

Αἴθριος, ὁ, ἡ — ον, τό (αἰθρία serenitas coeli, serenum Diod. Sic. 19, 31. Jos. Ant. 3, 5. 3.) *subdialis, qui est sub divo*, Esr. 9, 11. Cf. de adjectivo ita ad subst. relato, ut adverbiascat, sub ἀγελαῖος notata.

'Αικία, ας, ἡ, (= ἀεικία vid. *Buttm.* gr. max. I. §. 28.) *contumelia, cruciatus, contumeliosa alicujus tractatio*, maxime *caesio* vel *verberatio*, „cum homo redditur ἀεικής foedus adspectu, cum oris et vultus notae plagis ita commiscentur ut homo fiat ignorabilis" *Schäfer* ind. ad Dem. p. 17. sub αἰκία *Unbill, Misshandlung*, 2 Macc. 7, 42. 3 Macc. 4, 14. 6, 26. (Diod. Sic. 3, 64. 13, 19.)

Αἰκίζω, f. ίσω et dep. med. αἰκίζομαι, *reddo aliquem* αἰκῆ vel ἀεικῆ (vid. sub αἰκία notata) *contumeliose aliquem tracto plagis maxime infligendis;* ita de personis, quae flagris ad mortem usque aliquem cruciant. Legitur ita a) pass. αἰκίζομαι, *flagris caedor, crucior*, addito τινί aliqua re 2 Macc. 7, 1. partic. perf. pass. 2 Macc. 8, 28. 30. διά τινος 4 Macc. 6, 17. ἐν γόνασι καὶ ποσὶ θηρίων αἰκίζομαι i. e. *flagris caedor et pedibus ac genubus bestiarum conculcor* 3 Macc. 5, 42. (activ. Soph. Trach. v. 835. vel 838. passiv. αἰκισθείς Xen. An. 2, 6. 29. Rarissimum esse hujus verbi activum docet *Passow* l. p. 48.) — b) αἰκίζομαι dep. med. τινά 2 Macc. 7, 13. 15. (Diod. Sic. Vol. X. p. 119. ed. Bip. Xen. An. 3, 1. 18. 3, 4. 5.) Cf. *Passow* l. l.

Αἰκισμός, οῦ, ὁ, (deturpatio corporis quae fit plagis Dem. 102, 20.) *contumelia, injuria, Unbill, Misshandlung*, 2 Macc. 8, 17. 4 Macc. 6, 9. 7, 4. 14, 1. 15, 16.

Αἴλουρος, ου, ὁ, ἡ (ab αἰόλος et οὐρά vid. *Buttm.* Lexil. 2. p. 77. *Passow* l. p. 48.) *catus, felis*, Bar. 6, 22. (Artem. 3, 11. Ael. h. an. 6, 27.)

Αἷμα, τος, τό, *sanguis, das Blut*, i. e. materia illa fluida, quae per venas in totum corpus diffunditur, a) proprie aa) univ. ita foetus in utero matris dicitur παγεὶς ἐν αἵματι Sap. 7, 2. ἐν αἵ. (sc. σου) ἐκτήσω αὐτόν *sanguine enim tuo eum* (sc. servum) *tibi parasti*, scil. cum generares eum cum serva. Ita *Bretschn.* ad h. l. Alii *sanguine enim tuo* i. e. cum vitae tuae periculo eum tibi parasti sc. cum servum eum faceres in bello. Sir. 30, 39. (Diod. Sic. 4, 50. Plat. Phaed. §. 45. ed. *Fischer*) bb) de sanguine occisorum vel vulneratorum. θοινὰ αἵ. *epulae* Judaeo maxime detestabiles illae, *in quibus sanguis bibendus apponebatur* Sap. 12, 5. αἵ. λυθρῶδες Sap. 11, 6. λιμνὴ — αἵματι πεπληρωμένη 2 Macc. 12, 16. — per imaginem homo qui, occasione data, ad atrocissima quaeque patranda paratus erit vel iram odiumque, quantum poterit, expiabit, ἐὰν εὕρῃ καιρὸν, οὐκ ἐμπλησθήσεσθαι dicitur ἀφ' αἵματος Sir. 12, 16. Similiter per imaginem dux, maximam hostium stragem se facturum esse sperans, verbis utitur: τὰ ὄρη αὐτῶν μεθυσθήσεται ἐν τῷ αἵματι αὐτῶν Jud. 6, 4. φερομένων — τῶν αἱμάτων sanguine copiose ruente vel decurrente 2 Macc. 14, 45. coll. Jes. 34, 7. Cf. de plurali in rebus habentibus magnum ambitum vel in copia et abundantia indicanda usitato vid. sub ἄβυσσος notata (Xen. h. gr. 5, 4. 58. ἐῤῥεῖ τὸ αἷμα.) 4 Macc. 3, 15. 6, 6. 7, 8. 9, 20. 10, 8. — cc) ita ut includat *animae vel vitae naturalis* (cujus sedes habebatur sanguis Levit. 17, 10 sqq.) *notionem* Sir. 9, 19. vid. tamen ad h. l. lect. *Apel, de Wette*, aliter *Bretschn.* ad h. l. Ita α) in formulis ἐσώθη αἷμα ἀναίτιον = *ein unschuldiges Menschenleben* Hist. Sus. v. 62. de epitheto ἀναίτιον ad sanguinem relato vid. infra ad 1 Macc. 1, 37. notata — ita pro דָּם נָקִי Ps. 94, 21. — σάρξ καὶ αἷμα caro sanguine per venas diffluente animata, *vom Blute belebtes Fleisch*, = *der thierisch-lebendige Leib* i. e. *der physisch belebte, sinnlich regsame Mensch, der lebende Sinnenmensch* mit seinen natürlichen Trieben, Wünschen, Neigungen, der weltirdische Mensch, *Schulz* Lehre v. Abdmahl p. 94. 98 sq. Sir. 14, 18. ἐνθυμεῖσθαι σάρκα καὶ αἷμα i. e. ἐνθ. τὰ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος ea quae conveniunt, respondent, arrident τῇ σαρκὶ καὶ τῷ αἵμ. Sir. 17, 26. vel 30. — β) in locis ubi agitur de *sanguine* cum anima effuso, vel per caedem effuso, ut in verbis ἔκχυσις αἵματος *effusio sanguinis et animae* in eo sedem habentis, *effusio sanguinis per caedem facta, Mord, caedes* Sir. 27, 15. ἔκχυσις — ὑπερηφάνων i. e. *in caedem exit vel caedem affert contentio superborum* — ἐκχεῖν vel ἐκχέαι αἷμα *sanguinem cum anima effundere, sanguinem per caedem effundere*, = *caedem committere* Sir. 28, 11. 31, 32. — fortius ut res exprimatur vel multorum caedes ut significetur, ponitur plur. αἵματα 1 Macc. 7, 17. — habet αἷμα epitheton quod pertinet ad hominem ipsum, ut ἀθῶον, ἀναίτιον, cum αἵματος sit praecipua pars in talibus (cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 459. *Ewald* p. 623. *Jacob.* quaestt. Lucian. ad calc. Lucian. Toxar. p. 22. et supra sub ἀγαλλιάω notata) ἐκχέαι αἷμα ἀθῶον = *interficere insontem, insontis sanguinem effundere*, 1 Macc. 1, 37. 2 Macc. 1, 8. pro שָׁפַךְ דָּם Gen. 9, 6. 2 Sam. 3, 28. Cf. *Win.* p. 36. 39. junguntur θάνατος (mors) καὶ αἷμα *caedes, mors violenta* Sir. 40, 9. it. αἵ. et φόνος Sap. 14, 25. — αἷμα = ἔκχυσις αἵματος *sanguis caede effusus, caedes* Sir. 8, 16. 11, 30. εἰς αἵ. *usque ad caedem.* — διδόναι τι εἰς αἵ. i. e. *ad caedem faciendam* Jud. 9, 3. μίασμα αἵματος *pollutio quae fit caede* alicujus v. 4. — αἵ. τινος = *trucidatio alicujus* Hist. Sus. v. 46. — αἵματος ἐκδικεῖν ἐκδίκησιν αἵματός τινος = *caedem alicujus ulcisci* 1 Macc. 9, 42. πρὸ αἱμάτων λοιδορίαι = caedes praecedunt convicia = *a conviciis procedunt homines ad caedes* Sir. 22, 22. — ἄνθρωπος αἱμάτων *homo ad caedes committendas pronus, blutdürstig, mordlustig*, 31, 21. — uti ex hebr. dicendi ratione ἡ φωνὴ αἵματος dicitur καταβοᾶν πρὸς τὸν θεόν (coll. Gen. 4, 10.) ita Deus dicitur εἰσακούειν τῶν αἱμάτων καταβοώντων πρὸς αὐτόν 2 Macc. 8, 3. „Es liegt hier die Vorstellung zum Grunde, dass das Blut, so lange es auf der Erde stehe und nicht in sie eingedrungen sei, um Rache zu Gott schreie." Cf. Gesen. ad

Jes. 26, 4. — κρίσιν ποιήσασθαι δι' αἱμάτων *caedibus faciendis decerno*, ita de ducibus acie rem decernentibus 2 Macc. 14, 18. — (Diod. Sic. 18, 56. Dem. 548. ult.) de morte violenta hominum qui victimae instar pro expiandis aliis vitam deposuerunt 4 Macc. 17, 22. — dd) quatenus in eo continentur humores alii, succus v. c. vitalis, lac maternum, αὐξάνεσθαι dicitur aliquis ἀπὸ τοῦ αἵματος 4 Macc. 13, 19. — ee) quatenus sanguine semina vel stamina hominum contineri putantur, *sanguis*, *Geblüt*, pro: *progenies* Addit. ad libr. Esth. 6, 9. —

b) metaph. αἷμα σταφυλῆς *sanguis uvae, Traubenblut*, ita de vino sanguinis instar rubente Sir. 39, 26. 50, 15. 1 Macc. 6, 34. — ita pro: דַּם עֲנָבִים Gen. 49, 11. Deut. 32, 14. (ita αἷμα Achill. Tat. 2. p. 67. *sanguis*, Statius Thebaid. I. 329. Cassiodor. epist. 12, 4.)

Αἱμάσσω, ττω, f. ξω, (αἷμα) *cruento, blutig machen*, πλευράν τινι *latus ad sanguinem usque caedere alicui, einem die Seite blutig schlagen*, Sir. 42, 5. (κόρας pupas vel pupillas Eur. Phoen. v. 67.)

Αἱμοβόρος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (αἷμα, βιβρώσκω) *sanguivorus, sanguinarius*, (ita nostrates: *blutdürstig*) 4 Macc. 10, 17.

Αἴνεσις, εως, ἡ, (αἰνέω) *laudatio, das Loben, laus, das Lob*, τινός Sir. 39, 15. 51, 29. μετὰ αἰνέσεως 1 Macc. 13, 51. θυσία αἰνέσεως = *sacrificium eucharisticum*, oblatum ad laudandum aliquem vel ad animum gratum alicui testandum, 1 Macc. 4, 56. — Sir. 32, 2. θυσιάζειν αἰνέσεως i. e. προςφέρειν θυσίαν αἰνέσεως. Cf. de partic. substantive posito sub ἀγαπάω monita. — ita pro תּוֹדָה Levit. 7, 2. 3. 5. vel 12. 13. Ps. 50, 14. 23. Cf. de sacrificiis eucharisticis *Win.* Realw. Dankopfer. — εἰπεῖν αἴνεσιν = *ein Loblied anstimmen, laudes canere* Tob. 13, 18. ὑποφωνεῖν τὴν αἴ. ταύτην Jud. 16, 1. — plur. διδόναι αἰνέσεις ἐν στόματί τινος *Loblieder in den Mund geben*, = *hymnos suggerere alicui* 3 Macc. 2, 20. Praeter Jud. 16, 1. semper abest articulus.

Αἰνετός, ή, όν adj. verb. verbi αἰνέω, *laudatus, celebratus*, Cant. Azar. et tr. puer. 2. 28. 31.

Αἰνέω, f. έσω (cf. de hac futuri forma *Buttm.* §. 86. not. 4. gr. max. I. §. 95. not. 6. *Matth.* §. 179. 3. 6. *Rost* §. 77.) aor. 1. ᾔνεσα; de 3 pers. imperat. αἰνεσάτωσαν 1 Macc. 4, 33. cf. *Matth.* §. 198. *Buttm.* §. 93. II. 5. gr. max. I. §. 88. not. 5. *Win.* §. 13, 2. e. *Bornem.* ad Xen. An. 1, 4. 8. sq. acc. rei Sap. 10, 20. Sir. 24, 1. 39, 9. 47, 10. 51, 11. — Sap. 17, 8. quo l. *Bretschn.* ita verborum ordinem constituit: ἵνα διηγῶνται τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ ὄνομα ἁγιασμοῦ αἰνέσουσι. De h. l. futuro alternante cum conjunct. vid ἵνα. — sq. accus. personae, ut σε Sap. 19, 9. de h. l. et 3 Macc. 6, 32. part. praes. resolvendo per *dum* sq. imperf. vid. ἀγαθός. Sir. 51, 1. Bar. 3, 6. 7. 3 Macc. 2, 8. — αὐτόν Sir. 21, 15. — addito ἐν sq. dativo vel loci Bar. 2, 32. vel adminiculi, ut ἐν αὐτῇ sc. τῇ γλώσσῃ Sir. 51, 22. 50, 18. vel dativo rei ob quam laudat aliquis aliquem (vid. II. 3.) Sir. 47, 6. — ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ auf dem Grunde seiner Schönheit, inhaerens vultui, τῷ κάλλει αὐτοῦ Sir. 11, 2. μή hujus loci c. ind. fut. in prohibitione positum quatenus interrogationem continere videatur, vid. *Passow* ll. sub hac voce *Herm.* ad Vig. p. 789. 810. ad Soph. Aj. v. 75. *Matth.* §. 608, 4. coll. §. 608. not. 3. *Buttm.* §. 135. 5. *Born.* schol. in Ev. Lucae p. 105. *Rost* §. 135. *Win.* §. 61, 3. b. 426 seq. — ἄνδρας ἐνδόξους Sir. 44, 1. de h. l. 1. plur. conjunctivi in adhortatione vid. *Rost* §. 119. *Matth.* §. 516. *Buttm.* §. 126. not. 7. *Herm.* ad Vig. p. 742 sq. *Win.* 234 sq. — τὸν κύριον Sir. 17, 23. de h. l. fut. vid. sub ἀγαλλιάομαι notata — θεόν 3 Macc. 6, 32. vel τὸν θεὸν Jud. 13, 14. — quo loco ter repetitur αἰνεῖτε ut notionis vis augeatur. Cf. de ejusmodi diplasiasmo vel triplasiasmo *Bornem.* Schol. in Evg. Lucae. p. 53. 54. *Win.* §. 67, 2. b. *Fritzsche* IV. Evv. I. p. 241. *Ewald* p. 636. gr. min. p. 283. *Gesen.* p. 670. — 3 Macc. 5, 13. 35. de hujus l. imperf. indicante factum esse aliquid, dum aliud quid fieret *Matth.* §. 498. *Buttm.* §. 124. *Rost* §. 116. *Win.* §. 41, 3. a. — Addit. ad libr. Esth. 3, 10. — c. dat. ibid. 4, 7. ubi codd. pro σοί exhibent etiam σέ. — abest acc. pers. e contextu facile cognoscendus, ut θεόν Hist. Sus. v. 63. vel αὐτόν Sir. 50, 18. κύριον Sir. 39, 14. αἰνέσατε ᾆσμα i. e. αἰνέσατε κύριον ᾄδοντες ᾆσμα. sq. dat. personae, ita in structura ad sensum = ψάλλειν τινί *canere in honorem alicujus, laudes alicujus canere*, [cf. *Herm.* ad Vig. p. 875.] Sir. 17, 22. 51, 12.

Αἴνιγμα, τος, τό (αἰνίσσομαι obscure aliquid significo Ael. V. H. 2, 29.) *sermo obscurus, aenigma, Räthsel*, Sir. 8, 4. Sir. Prooem. sec. — 39, 3. ἐν αἰνίγμασι παραβολῶν ἀναστραφήσεται in obscuris parabolarum sermonibus i. e. in obscuro parabolarum sensu explicando versabitur. Cf. de genit. substantivo synonymo ita addito, ut intendat vel accuratius illud explicet *Rost* §. 97. 2. b. d. §. 140. 4. c. *Matth.* §. 636. *Erf.* ad Soph. Ant. v. 420. *Blomfield* Gloss. ad Eur. Pers. v. 425. *Gesen.* p. 671. — παραβολαὶ αἰνιγμάτων, acute dicta aenigmatum indolem habentia 47, 15. vid. tamen de h. l. ἐμπίμπλημι — pro חִידָה Prov. 1, 6. (Dem. 184. ult.)

Αἶνος, ου, ὁ (dictum Hom. Od. 14, 508.) *laus* Sir. 15, 9. 10. plur.: αἶνοι *laudes, hymni, Lobgesänge*, Sap. 18, 9. Cf. ad h. l. *Bauermeister* Sap. Sal. p. 171. — 3 Macc. 7, 16. quo l. jungitur c. ὕμνος (Hom. Od. 21, 110.) Cf. de hoc vocab. antiquioribus poetis usitato *Buttm.* Lexil. II. p. 112.

Αἴξ, αἰγός, ἡ, *capra*, Jud. 2, 17. (Xen. Mem. 3, 11. 5.)

Αἵρεσις, εως, ἡ, (τὸ αἱρεῖν das Wegnehmen; tum ab αἱρέομαι) *optio, electio, die Wahl, arbitrium*, 1 Macc. 8, 30. ποιήσονται ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν *facient pro arbitrio suo* (Xen. Cyr. 8, 3. 8. Hdot. 1, 11.)

Αἱρετίζω, f. ίσω (= αἱρέομαι vox dialecti alexandr. cf. *Sturz* de dial. Alex. p. 144.) *eligo, praefero, malo*, sq. acc. ut αὐτήν sc. τὴν γυναῖκα Esr. 4, 19. πάντες — ἢ χρυσίον *omnes magis eam eligunt quam aurum* i. e. *omnes eam praeferunt auro*. 2 Macc. 11, 24. ἀκηκοότες τοὺς Ἰουδαίους — τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν αἱρετίζοντας sc. ἢ τὴν τοῦ πατρὸς μετάθεσιν. — sq. inf. objecti nota (cf. de inf. objecti nota post verba velle, posse, solere, cupere, [*Matth.* §. 531. *Buttm.* §. 127. *Rost* §. 125. *Win.* §. 41, 2.) ita inf. praes. δουλεύειν pertinente ad rem durantem Jud. 11, 1. Cf. de inf. praes. ubi agitur de re quae vel ipsa durat, vel cujus effectus durat vel quae saepius repetitur *Matth.* §. 501. *Buttm.* §. 124. 5. *Herm.* ad Vig. p. 748. 773. ad Soph. Aj. v. 1061. O. C. v. 91. *Rost* §. 117. — abest inf. e contextu facile cognoscendus Esr. 8, 10. quo l. οἱ βουλόμενοι, αἱρετίζοντες sc. συμπορεύεσθαί τινι sunt qui sponte sua vel non coacti praeferunt vel malunt una c. aliquo proficisci vel qui, cum optio data est manendi vel proficiscendi, proficisci malunt quam manere. Vid. de βούλομαι quae habet *Buttm.* Lexil. I. p. 26. 27. — med. αἱρετίζομαι *mihi eligo*, τινά 1 Macc. 9, 30. quo l. ad rem accuratius indicandam additur τοῦ εἶναι — ἄρχοντα i. e. *hoc consilio ut dux nobis sis*. Cf. de inf. ante se habente τοῦ, ubi consilium vel finis in-

dicatur *Matth.* §. 540. not. 1. *Buttm.* §. 127. not. 1. *Rost* §. 109. *Win.* §. 45, 4. *Fritzsche* IV Evg. I. p. 845. 847. — sq. ἔν τινι *ich hänge mit Wohlgefallen an etwas und wähle es für mich*, ἐν ταῖς ἐντολαῖς τινος *delector praeceptis alicujus et servanda mihi sumo*, brevius: obsequor praeceptis alicujus 4 Macc. 2, 19. — ita αἱρετίζειν τινά pro בָּחַר sq. בְּ 2 Chron. 29, 11. 1 Chron. 29, 1. Cf. *Ewald* p. 605. gr. min. p. 237.

Αἱρετίς, ἴδος, ἡ (αἱρέομαι eligo; vox dial. alex. cf. *Sturz* p. 144.) *electrix*, Sap. 8, 4. ita appellatur Sapientia αἱρετὶς τῶν ἔργων τοῦ θεοῦ quatenus Deo est a consiliis in operibus suis efficiendis vel quatenus suadet Deo vel suppeditat id quod sit efficiendum = *Rathgeberin bei seinen Werken.* Cf. *Bauermeister* ad h. l. et *Bretschn.* Dogm. et Mor. der Apocr. T. 1. p. 237.

Αἱρετός, ή, όν, adj. verbale (ab αἱρέω capio, αἱρέομαι, eligo; electus, dilectus, Xen. An. 1, 3. 21.) *eligendus, optabilis,* (vid. ad ἀδιεξέταστος monita) *wünschenswerth*, Sir. 20, 23. αἱρετὸν κλέπτης ἤ i. e. *res optabilior* est fur quam. (cf. de neutro praedicati ad subjectum masculini generis relato, item de positivo sq. ἤ ad Tob. 12, 8. sub ἀγαθός notata. (Xen. Cyr. 8, 2. 11.) — τὰ αἱρετά optabilia i. e. *praestantia*, dicta vel *facta egregia*, Sir. 11, 29. — αἱρετόν seq. inf. subjecti nota et addito accus. nominis pertinentis ad subjectum infinitivi vel ad subjecti praedicatum aut qualitatem. ita inf. praesentis vid. αἱρετίζω — αἱρετόν, μεταλλάσσοντας — προσδοκᾶν ἐλπίδας 2 Macc. 7, 14. Cf. *Matth.* §. 537. *Buttm.* §. 128. 1. *Rost* §. 126. *Win.* §. 45. — comparativ. αἱρετώτερον *optabilius, melius*, ἐστί μοι mihi est, sq. inf. aor. in re brevi absoluta, cito transeunte vel semel facta [vid. Grammaticos sub αἱρετίζω de inf. praes. laudatos] ut μὴ πράξασαν ἐμπεσεῖν Hist. Sus. v. 23. quo l. si a dat. μοί per anacoluthon fit transitus ad acc. cf. *Buttm.* §. 142. 4. not. 2. *Matth.* §. 536. *Rost* §. 137. 4. b. *Bornem.* Schol. ad Luc. p. 17. ad Xen. Cyr. 3, 3. 14. Mem. 1, 1. 5. coll. *Win.* §. 64. II. 1 et 2. — (Xen. An. §. 1.) ὁ αἱρετός, *eximius, delectus*, Sir. 11, 29. (Xen. An. 1, 3. 21.)

Αἱρέω, ῶ f. ήσω, *capio*, med. αἱρέομαι, οῦμαι, *mihi capio, eligo, opto*, sq. acc. c. inf. [de quo vid. αἱρετός] 1 Macc. 11, 25. (sq. inf. Xen. Mem. 3, 2. 1. 3, 3. 1.)

Αἴρω, (contr. ex ἀείρω) f. ἀρῶ, a. 1. ἦρα, pf. ἦρκα [de iota subscripto in talibus non admittendo vid. *Win.* §. 5, 3. *Buttm.* gr. max. I. p. 454.] *tollo* i. e. 1) *attollo, ich hebe auf* oder *in die Höhe* a) propr. aa) sq. acc. rei vel pers. quae ante pedes vel in loco inferiore est, ut Ἰωνάθάν occisum 1 Macc. 9, 19. — βάρος Sir. 13, 2. quo l. βάρος ὑπέρ σε i. e. *viribus tuis gravius, vires tuas superans.* — τὸ δόρυ ἐπί τινα ita de hoste bellum contra aliquem movente vel adversus aliquem pugnante Jud. 11, 2. — Bar. 6, 4. ὄψεσθε — θεούς — ἐπ᾽ ὤμοις αἰρομένους *qui in humeros tolluntur* vel ex adjuncto: in humeris portantur — (Xen. de re eq. 6, 8.) τὴν ῥαβδόν addit. ad Esth. 5, 10. — bb) de personis caput, faciem, manus, oculos tollentibus, *aufheben, erheben*, ut τὸ πρόσωπον addito vel εἰς τὸν οὐρανόν vel ἐναντίον Ἱερουσαλήμ i. e. e regione Hierosolymarum sc. stans = in der Richtung nach Jerusalem Esr. 4, 58. τοὺς ὀφθ. 1 Macc. 4, 12. 5, 30. 9, 39. — τὸ πρόσωπον addit. ad Esth. 5, 7. — pro נָשָׂא עֵינַיִם Ps. 121, 1. — τὰς χεῖρας ἄνω Esr. 9, 47. (Xen. An. 7, 3. 6.) κεφαλήν *caput tollere* trop. pro: *ad dignitatem et honores evehi*, ἀπὸ ταπεινώσεως i. e. remotus a conditione humili i. e. *ex ignobilitate ad dignitatem emergo* Sir. 20, 9. — inclusa *portandi* notione, activo posito pro medio. Cf. *Valken.* diatri. p. 241. ed. Lips. *Porson* ad Eur. Or. v. 288. *Elmsl.* ad Eur. Med. v. 769. Dorville ad Charit. p. 411. *Fischer* ad Weller. 3, b. p. 61. *Matth.* §. 496. 5. *Lob.* ad Phryn. p. 468. 363. *Herm.* ad Soph. Philoct. v. 1095. 1134. *Bornem.* ad Xen. An. 1, 3. 21. *Meinecke* ad Alexandr. fragm. p. 126. *Win.* §. 39, 6. *Buttm.* gr. max. II. §. 113.) *suscipio in me aliquid portandum, porto*, ut τοὺς λίθους addito εἰς c. acc. loci 1 Macc. 4, 43. κλίμακας, μηχανάς 5, 30. de h. l. plurali αἴροντες pertinente ad singularem nominis collectivi λαός vid. *Matth.* §. 302. *Buttm.* §. 116, 2. *Win.* §. 35, 6. §. 47, 1. coll. *Rost* §. 97, 3. — τὰ σκεύη 4, 30. de hujus loci particip. αἴρων vid. sub ἀγαπάω — τὴν κιβωτὸν ἐπ᾽ ὤμων Esr. 1, 4. — ita pro נָשָׂא Num. 11, 12. (Anth. gr. 3, p. 60.) — trop. ἔχθραν μεγάλην πρός τινα *sustineo gravem inimicitiam apud aliquem* = *odium alicujus incurro* 1 Macc. 13, 17. (τοῦτον ἆθλον Soph. Trach. v. 80. med. αἴρεσθαι πόλεμον Dem. 58, 6. Xen. Mem. 4, 4. 14.) —. b) trop. pro: *Aufhebens machen, gross machen* (ita λόγῳ αἴρειν verbis exaggerare aliquid Dem. 537, 13.) i. e. *laudibus extollo* vel *celebro* Sir. 36, 14. πλῆσον σιὼν — σου explica: πλῆσον σιὼν τοῦ ἆραι vel ἀπὸ τοῦ ἆραι (vid. sequens ἀπὸ τῆς δόξης σου) τὰ λόγια σου *imple Sionem laude promissionum tuarum*, vid. ad h. l. *Bretschn.* — pass. αἰρόμενος *qui celebratur* Bar. 5, 6. (Aristoph. Acharn. v. 373. *Herm.* ad Soph. Ant. 365.)

2) *tollo* i. e. *aufero*, τὸν πόνον τινός Sir. 38, 7. τὸν ζύγον ἀπό τινος 1 Macc. 8, 18. quo loco cum simplici infinit. finali στῆσαι (de quo vid. ἀγαπητῶς) alternat infinit. praecedente τοῦ de quo vid. ἀναγγέλλω — de personis quae loco suo moventur = *abduco* Bar. 4, 26. — sumendi sensu, ut ὅπλα 2 Macc. 15, 5.

3) *tollo* i. e. e *medio tollo*, a) sq. acc. pers. = *e vita tollo*, 1 Macc. 5, 2. quo l. ἐβουλεύσαντο τοῦ ἆραι, in structura ad sensum facta = βουλὴ ἦν τοῦ ἆραι. Cf. de τοῦ c. infinit. sub ἄγω 1. fin. — 1 Macc. 16, 13. (Aristoph. Acharn. v. 565.) — b) sq. acc. rei, ubi Lat.: *deleo, aboleo*, ut τὸ μνημόσυνόν τινος ἀπὸ τοῦ τόπου 1 Macc. 3, 35. τὰ νόμιμα v. 29. (Diod. Sic. 11, 56.)

Αἰσθάνομαι, f. αἰσθήσομαι, a. 2. ᾐσθόμην (cf. de verbis in αἰνω, άνω άω, *Buttm.* §. 99. 7. gr. max. II. §. 112. 14. *Rost* §. 82. 5. *Matth.* §. 181. not. 3.) *sentio, ich empfinde*, i. e. a) *sensibus percipio*, Bar. 6, 24. οὐδὲ — ᾐσθάνοντο sc. ὅτι ἐχωνεύοντο. De impf. ᾐσθάνοντο vid. sub αἰνέω notata. (Xen. Mem. 3, 11. 8.) — sq. genit. (de quo vid. *Rost* §. 108. not. 11. *Matth.* §. 349. not. 2. *Buttm.* §. 119. coll. *Win.* §. 30. 7.) Bar. 6, 20, 41. (Xen. Mem. 4, 4. 10. 11.) — b) *mente intelligo* vel *cognosco*, sq. genit. ut ᾔσθοντο τοῦ κυρίου i. e. *vim domini* Israelitas tuentis *senserunt* Sap. 11, 13. (Xen. Mem. 1, 4. 13. Thuc. 5, 83.) — c. *voluptate sentio* ἐπί τινι 4 Macc. 8, 4.

Αἴσθησις, εως, ἡ (αἰσθάνομαι) *sensus*, i. e. a) τὸ αἰσθάνεσθαι *das Empfinden durch die Sinne, Gefühl*, Jud. 16, 17. κλαύσονται ἐν αἰσθήσει sc. τοῦ πυρὸς καὶ τῶν σκωλήκων = αἰσθανόμενοι τὸ πῦρ καὶ τοὺς σκώληκας. — Sir. 22, 17. ὁ — ἐκφαίνει αἴσθησιν i. e. *facit ut prodeat sensus* sc. doloris, *regt das Schmerzgefühl über erlittenes Unrecht auf.* — Esr. 1, 24. si lectio sana (vid. *Augusti* et *Apel*) καὶ ἃ — αἰσθήσει i. e. καὶ ὡς ἐλύπησαν αὐτὸν ἐν αἰσθήσει = *wie sie ihn in seinem Gefühle gekränkt haben* = ταῦτα οἷς vel ὡς ἐλύπησαν τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ (Plut. Symp. VII. Quaestt. l. c. 3. p. 349. ed. Tauchn. Xen. Mem. 1, 4. 5. Thuc. 2, 61.) — b) *sensus* qui dicitur *communis, gesunder Menschenverstand*, ita de hominibus idolorum cultui deditis, αἴσθησιν — οὐκ ἔχουσι

Bar. 6, 42. — Sir. 20, 17. οὔτε — εἴληφε i. e. nam *contigit ei quidem* τὸ ἔχειν, *sed non contigit ei simul* ὀρθὴ αἴσθησις vel *sensus* rectus i. e. *ars recte utendi* iis quae habet Cf. de h. l. *Bretschn.* et de ἐν = *in Begleitung* vid. ἐν. — (Dem. 411, 19. 1417, 5.)

Αἰσθητήριον, ου, τό (αἰσθάνομαι) *sedes sensuum* 4 Macc. 2, 22.

Αἴσχιστος, vid. αἰσχρός.

Αἰσχρός, ά, όν, superl. αἴσχιστος (cf. de hac superl. forma attica *Buttm.* §. 60. 2. 1. et not. 4. gr. max. I. §. 67. 2. *Matth.* §. 130. *Rost* §. 53.) 1) *ignominiosus*, 3 Macc. 3, 22. (Hom. Il. 13, 768.) 2) *turpis*, e [i. e. deformis Xen. Cy. 4, 19.] *non conveniens dignitati alicujus*, αἰσχρόν sc. ἐστί sq. inf. 4 Macc. 16, 17. — αἰσχρὸν τῷ προςώπῳ ἡμῶν = ἡμῖν i. e. παρ' ἡμῖν i. e. *judicibus nobis*, (ita "לִפְנֵי ב Prov. 14, 12. Jos. 6, 26. vel "בְּעֵינֵי ב 1 Sam. 26, 24.) εἰ — παρήσομεν Jud. 12, 12. de quo dat. = *für uns, judicio nostro* vid. *Matth.* §. 355. a. *Rost* §. 106. 2. 2. *Win.* §. 31. 3. b. (Xen. Cyr. 7, 5. 84.) Neutr. legitur adverbialiter (vid. ἀναγωγός) ut 4 Macc. 6, 20. ἐπιβιοῦν.

Αἰσχρῶς, adv. (αἰσχρός) *turpiter*, ut φεύγειν 2 Macc. 11, 12. (Dem. 220, 12. Xen. Venat. 12, 4.)

Αἰσχύνη, ης, ἡ, *pudor* i. e. *metus justae reprehensionis*, (αἶσχος) *Schaam, Gefühl der Schaam*, a) propr. Sir. 4, 21. ἐστί — χάρις i. e. *est enim pudor qui*, quod si recte egerit, reprehensionem sibi metuit aliquis, *ad peccandum abripit*, (pudor falsus et inhonestus) *et datur pudor qui*, quod a male factis reprehensionem aliorum sibi metuit, hincque ad recte agendum compellitur aliquis, *gloriam affert et gratiam* (pudor rectus et honestus) 20, 20. 21. 26, 25. 29, 14. — 41, 16. quo l. πᾶσαν αἰσχύνην διαφυλάξαι *observare pudorem* ob quamcunque rem, *cujuscunque rei pudere* quo l. πᾶς pron. collectivum (cf. *Rost* §. 57. 3. *Buttm.* gr. max. I. §. 78.) = ἕκαστος, uti pron. possessiv. [cf. *Matth.* §. 466. 2. *Rost* §. 99. not. 5. *Bornem.* Schol. in Luc. p. 133. ad Xen. Cyr. 3, 1. 28. 8, 3. 32. *Viger.* pag. 164. 732. *Win.* §. 16, 10. *Schubert* gr. hebr. p. 191 sq.] objective ponitur. — (Isocr. ad Demon. p. 5. ed. *Lange.* Soph. Aj. v. 1057.) — b) αἰσχύνη τῶν προσώπων [ita LXX. pro בֹּשֶׁת הַפָּנִים 2 Chron. 32, 21. Ps. 44, 16. Dan. 9, 7. 8.] *pudor oris, rubor, Schaamröthe*, (ita pudor Curt. vit. Alex. 6, 2. 6. τινός vor jem. Xen. An. 3, 1. 10.) vel *Beschämung*, *ignominia qua afficitur aliquis* eaque in *vultu* vel *facie conspicua* (de qua vi genit. vid. *Win.* §. 30. 2. et de verbositatis genere sub ἄγγελος notata.) τῷ κυρίῳ — ἡ δικαιοσύνη, ἡμῖν δὲ — προςώπου *dominus justitiam vel probitatem habet, nos vero ruborem* i. e. *domino competit justitia vel probitas, nobis vero rubor*, vel *pudor oris* i. e. *dominus justus et probus* est, *nos vero* male factorum conscientia cruciati, *habemus* quod e *rubescamus*, vel *pudore suffundamur*, Bar. 1, 15. 2, 6. — absunt verba τοῦ προςώπου Cantic. tr. puer. v. 16. οὐκ ἐπὶ σοι *non habebunt qui in te fiduciam collocant, quod pudore suffundantur* — ἐνδύομαι αἰσχύνην, it. περιβάλλομαι ἐπ' ἐμαυτῷ αἰσχ. *pudorem vel ruborem induo*, i. e. *pudore* vel *rubore suffundor* 1 Macc. 1, 28. 3 Macc. 6, 34. ita pro לָבַשׁ בֹּשֶׁת — Job. 8, 22. Ps. 35, 26. — παραδοθῆναί τινι εἰς ῥομφαίαν — καὶ προνομὴν μετὰ αἰσχύνης = καὶ εἰς αἰσχ. i. e. *ut ignominia afficiatur* vel *pudore suffundatur*, Esr. 8, 77. τὸ δὲ τέλος τῆς ἐπιβουλῆς αἰσχύνην λαβὼν — ἀπῆλθε *tanquam eventum insidiarum postquam ignominiam acceperat* vel *pudore suffusus erat, discessit* 2 Macc. 5, 7. — c) *qui vel quod pudorem vel ignominiam affert* τινί *alicui*, *res* vel *persona cujus pudeat aliquem necesse est, ein Gegenstand, der jemandem, sich oder andern Schande bringt*, Cantic. Azar. v. 9. (ita εἶναί τινι κατηφείη καὶ ὄνειδος Hom. Il. 16, 498. 17, 556.) ita de idolis quae colere quemque sanum pudet pro בֹּשֶׁת Jer. 3, 24. 11, 13. Hos. 9, 10. — d) *causa pudoris* i. e. *dedecus*, *ignominia*, Sir. 5, 15. junct. c. ὄνειδος v. 16. praecedente ἀτιμία 20, 24. ἀ. πατρός = *Schande für einen Vater* ἐν (i. e. continetur in) γεννέσει ἀπαιδεύτου 22, 3. (Liban. Orat. 6.) 25, 21. εἰς αἰσχ. Jud. 9, 2. quo l. jungitur c. verbis εἰς μίασμα, εἰς ὄνειδος. — 13, 16. εἰς μίασμα κ. αἰσχύνην. — ποιεῖν αἰσχ. εἴς τινα *facere quod ignominiam affert alicui* = *probro afficere aliquem, einem einen Schandfleck anhängen* Jud. 14, 18. pro חֶרְפָּה Ps. 71, 13. כְּלִמָּה Jes. 50, 6. (Xen. An. 2, 66.)

Αἰσχυντηρός, ά, όν, (αἰσχύνη) *pudibundus*, *verecundus*, *verschämt*, *schaamhaft*, Sir. 35, 10. 41, 24. γυνή Sir. 26, 15.

Αἰσχύνω, f. νῶ (αἶσχος ignominia, turpitudo; deturpo, ut κώμην Hom. Il. 18, 27. πρόςωπον 34. dedecore afficio Hom. Il. 6, 209. pro הֵבִישׁ Prov. 29, 15.) 1) activum *pudore suffundo, ruborem incutio* vel *elicio*, *ich mache jem. schaamroth und verlegen*, *ich beschäme*, τινὰ ἔν τινι aliquem aliqua re Sir. 13, 7. de h. l. futuri vi vid. sub ἀγαλλιάομαι notata. — 2) passivum αἰσχύνομαι, pf. ᾔσχυμμαι [cf. *Matth.* §. 188. *Buttm.* §. 9. not. 6. a. gram. max. §. 101. not. 14. a. *Rost* §. 71.] a. 1. ᾐσχύνθην f. 1. αἰσχυνθήσομαι; a) *pudore suffundor*, *ich werde zu Schanden*, ita de personis quae hactenus pudore suffunduntur, quatenus spe vel fiducia frustrantur Sir. 24, 21. 51, 18. καὶ οὐ μὴ αἰσχυνθῶ i. e. *neque metuendum ne fiducia vel spe frustratus sim* vel: *neque fiducia frustratus fuero*. Vide οὐ μή — ita pro בּוֹשׁ Ps. 6, 11. — ἐπί τινι 1 Macc. 4, 31. αἰσχ. ἐπὶ δυνάμει — ἵππῳ αὐτῷ sc. πεποιθότες (vid. ἐπί) *pochend auf ihre Macht und Reiterei* müssen sie zu *Schanden werden!* (αἰσχύνομαι ἐπί τινι pudet me alicujus rei Xen. Mem. 2, 28. Dem. 426, 20.) — b) significatione reflexiva (vid. de pass. signif. reflexiva ἁγνίζω) *pudet me*, περί τινος *alicujus rei* vel *propter aliquid*, Sir. 42, 2. — 4, 20. vid. ad h. l. *Bretschn.* Exciditne post σοῦ negatio οὐ, sic ut legendum sit καὶ οὐ μὴ αἰσχυνθῇς = neque habebis quod ullo modo pudeat te τῆς ψυχῆς σοῦ? — sq. περί c. genit. rei vel ἀπό c. genit. pers. (pudet me alicujus rei et pudore suffusus discedo ab aliquo vid. ἀπό) i. e. *ich schäme mich einer Sache vor Jem.* Sir. 41, 17. — ita pro בּוֹשׁ sq. מִן Jer. 22, 22. — sq. acc. rei, cujus pudet aliquem Bar. 6, 27. Cf. de acc. post vv. sensum affectum indicantibus ἀγαλλιάομαι — sq. ἔν τινι in aliqua re Sir. 51, 29. ut ἐν αἰνέσει τινός i. e. laude alicujus celebranda μὴ αἰσχυνθείητε *ne pudor vos occupet*. Cf. de optat. ἀγαθοποιέω (Thuc. 2, 43. ἐν τοῖς ἔργοις) — sq. inf. ubi dicitur omittere aliquis aliquid tactus pudore, wenn man die Handlung aus Schaam unterlässt, ubi nos: *Anstand nehmen* vel *Bedenken tragen etwas zu thun* [cf. *Matth.* §. 555. *Buttm.* §. 131. 4. a. *Rost* §. 129. 4. a. *Win.* §. 46. Poppo ad Xen. Cyr. p. 256.] Sir. 4, 26. 22, 22. Hist. Sus. v. 11. (Xen. Mem. 3, 7. 5.) — sq. nominat. particip. indicantis id quod jam facit vel fecit aliquis aut statum significantis in quo jam est vel fuit aliquid [cf. *Matth.* l. l. *Buttm.* l. l. *Rost* l. l. *Win.* l. l. et de nominat. ita juncto cum verbo ut hujus et participii idem sit objectum *Matth.* §. 548. §. 530. *Herm.* ad Vig. p. 771. *Win.* §. 46, 1.] Sap. 13, 17. οὐχ

αἰσχύνομαι — προςλαλῶν *er schämt sich nicht, dass er anredet* (Xen. Mem. 2, 6. 39.) — absolute ᾔσχυμμαι Esr. 8, 74. de h. l. perf. quatenus praesentis notionem includat vid. sub ἁγιάζω notata. 3) αἰσχύνομαι = αἰδέομαι *revereor*, τινά Bar. 4, 15. 4 Macc. 9, 2. (Isocr. ad Demonic. p. 5. ed. *Lange*. Xen. Cyr. 1, 4. 22.) — in constructione praegnante ἀπό τινος (revereor aliquem et recedo ab eo) ἀπὸ προςώπων sc. τῆς οἰκίας *revereor faciem domus*, reverentia ductus *ab ingressu abstineo*, opp. ποδὶ μωροῦ ταχεῖ εἰς οἰκίαν Sir. 21, 22.

Αἰσωρά, ἡ, *Azor* vel *Hazor* hebr. חָצוֹר nom. propr. indecl. urbis sitae in tribu Naphthali Jud. 4, 4. (ἄσωρος appellatur et sita esse dicitur ad lacum Merom vel Samochonitidos Jos. Ant. 5, 5. 1.)

Αἰτέω, ῶ f. ήσω, *peto, postulo, ich fordere, verlange*, a) univ. ita aa) activum τινά τι [cf. de dupl. acc. *Matth.* §. 417. *Rost* §. 104. *Buttm.* §. 118. *Win.* §. 32, 4. coll. *Gesen.* p. 813. *Ewald* p. 588. gr. min. p. 255.] Esr. 6, 12. de h. l. imperfecto vid. sub αἰνέω notata. — Esr. 8, 51. de h. l. aor. vid. de aor. vi sub ἀγαπάω monita. (Xen. An. 1, 3. 14.) — τί 1 Macc. 5, 35. quo l. per attractionem ὧν pro ἅς 4 Macc. 5, 13. vid. ὅς, ἥ, ὅ. (Hdian. 1, 11. 9. Xen. An. 2, 1. 10) — bb) passivum αἰτοῦμαι *petitur a me*, sq. acc. rei [de acc. post passiv. verborum duplicem accus. secum habentium cf. *Matth.* §. 424. *Buttm.* § 121. 6. *Rost* §. 104. not. 8. §. 112. 6. *Win.* §. 32. 5. *Ewald* p. 590. gr. min. p. 257. *Gesen.* p. 821.] τὴν γλῶσσαν *die Zunge* 2 Macc. 7, 10. — cc) med. *mihi expeto*. [cf. de medii significatione respondente activo c. dat. personae, ubi nos: *mir Matth.* §. 492. b. *Butt.* §. 122. 6. *Rost* §. 113. *Win.* §. 39, 4.] τινά τι *expeto mihi aliquid ab aliquo* [de dupl. acc. vid. supra monita] Sap. 13, 19. de h. l. praes. in re fieri solita vel saepius repetita vid. ἀγαπάω. Esr. 4, 46. quo l. alternat cum δέομαι et ἀξιῶ — τί Sap. 19, 11. Tob. 4, 2. Esr. 4, 42. de horum l. l. aoristis in re semel facta vel cito transeunte vid. ἀγαπάω. — τινὰ εἴς τι ut fiat aliquid Addit. ad Esth. 6, 12. — b) *rogandi* sensu aa) activum sequente παρά c. genit. pers. et ὅπως c. conjunct. [vid. ὅπως] Tob. 4, 19. 1 Macc. 3, 44. quo l. jungitur c. προςεύξασθαι. De aor. vid. ἀγαπάω. (Ael. V. H. 1, 34. Xen. An. 1, 3. 16.) pro שָׁאַל sq. מִן Ps. 21, 5. — bb) medium τί 3 Macc. 6, 37. de h. l. nominat. particip. juncto c. verbo finito in re, quam jam facit aliquis, vid. αἰσχύνομαι. — (Plut. Apoph. mor. 2 p. 22.)

Αἰτία, ας, ἡ 1) *causa, Ursache*, παντὸς — κακοῦ αἰτία *alles Uebels Ursache* Sap. 14, 27. διά τινας αἰτίας, διά τινος αἰτίας, τίνος ἕνεκεν 3 Macc. 1, 13. 15. 5, 18. — c. artic. ut ἡ παρέχουσα τὴν βάσανον αἰτία *causa tormentum efficiens* Sap. 17, 13. Hist. Sus. v. 14. — 2 Macc. 12, 40. — δι' ἣν αἰτίαν in attract. pro: τὴν αἰτίαν δι' ἣν Sap. 18, 18. vel in propositione relativa = *quapropter*, vel *idcirco* Esr. 2, 23. 2 Macc. 4, 28. 35. 42. 49. 3 Macc. 3, 4. (Diod. Sic. 1, 7. Lucian. Dial. Mort. 3, 4. Dem. 298, 23. 195, 3.) — 2) *causa ob quam accusatur aliquis, crimen cujus accusatur aliquis. Beschuldigung, Vorwurf*, καταλιπεῖν αἰτίαν *einen Vorwurf zurücklassen* 1 Macc. 9, 10. ἀπολύειν πάσης αἰτίας 3 Macc. 7, 7. (Pal. fab. 13. Xen. Cyr. 6, 3. 16.)

Αἰτιάομαι, ῶμαι f. άσομαι, dep. med. *accuso, criminor, anklagen*, τινά 4 Macc. 2, 19. τὸν καιρὸν = *die Schuld auf die Zeit schieben* Sir. 29, 5. de h. l. futuro vid. sub ἀγαλλιάομαι monita. (Xen. Cyr. 8, 2. 12. Mem. 1, 1. 2.)

Αἴτιος, ίου, ὁ, (masc. adj. αἴτιος, ία, ον) *qui in causa rei est* i. e. a) qui in culpa rei est sq. gen. rei 2 Macc. 4, 47. 13, 4. (Lucian. Dial. Deor. 6, 3. 23, 1.) sine genit. rei ubi opponitur ἀθῷος innocens, ubi Lat. *reus, schuldig, culpam sustinens*, οἱ αἴτιοι, *rei* Hist. Sus. 53. hist. beli et drac. 42. (Dem. 14, 1.) — b) univ. *causa, auctor rei, Veranlasser, Urheber*, τινός 4 Macc. 1, 11. 2, 6. (Xen. Mem. 4, 4. 15.)

Αἰφνίδιος, ίου, ὁ, ἡ — ον, τό (αἴφνης, ἀφανής) *repentinus*, ut ἀφασία vel ut habent alii (vid. *Grot.* ad h. l.) ἐφοδεία 2 Macc. 14, 17. ταραχή 3 Macc. 3, 24. φόβος Sap. 17, 15. (ὁρμή Hdian. 1, 6. 8. φυγή Thuc. 4, 125.)

Αἰφνιδίως, adv. (αἰφνίδιος) repente 2 Macc. 5, 5. 14, 22.


’Εμφυσιόω, ῶ f. ώσω (ἐν, φυσιόω anhelo Hom. Iliad. 16, 506. inflo Anthol. gr. Vol. 4. p. 177. ed. *Jacobs*.) i. q. ἐμφυσάω *inflo*, i. e. *aufblasen, flando facio ut intumescat* vel *ambitu crescat* [ita φυσᾶν κύστιν inflare vesicam Aristoph. Nubb. τὰς γνάθους φυσᾶν die Backen aufblasen Dem. 442, 16.] metaph. pro Lat. *augeo* i. e. *ampliorem, maiorem, clariorem, fortiorem reddo aliquam rem* vel *personam* [ita φυσᾶν τινα ἐπὶ δυνάμει facere, ut aliquis augeatur potentia i. e. ut infletur superbia propter potentiam suam Xen. Mem. 1, 2. 25. — Liv. 35, 12. mendaciis — iisdem regis spem inflabat i. e. augebat. 45, 31. inflavit ad intolerabilem superbiam animos], τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου *legem praelectam augeo* i. e. *legis praelectae vim, sensum, intellectum augeo*, scil. explicatione eius addenda Esr. 9, 48. — τινὰ ἔν τινι *aliquem in aliqua re* v. 55. ἐνεφυσιώθησαν — ἐδιδάχθησαν i. e. *augebantur scientia* vel *in scientia verborum*, *quae docti erant*. Alii: *viribus*, *alacritate*, *hilaritate augebantur*.

Ἔμφυτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐμφύω ingenero, indo) *ingeneratus, innatus* [i. e. a natura insitus Xen. Mem. 3, 7. 5. Alciphr. ep. 1, 31.] i. e. *inditus ab aliquo*, ut institutione, disciplina, consuetudine Sap. 12, 10. Vide de h. l. *Bauermeister* et *Grimm*, coll. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. I. p. 116. *Theile* ep. Jacobi p. 69. (ita ἐμφύομαι Plut. vit. Caton. min. c. 4. et vit. Philopoem. c. 4.)

’Εν, praepositio, quae secum habens dativum et significans *in* sequente ablativo mansionem s. quietem indicat, ita tamen, ut pariter atque Latinorum *in* respondeat nostratium tum *in* [Grundbedeutung], tum *an* et *auf*, atque si de multitudine personarum et rerum agitur, *inter* = *unter* [Nebenbedeutungen]. Usurpatur autem haec praepositio in libris apocryphis V. T.

I) de *loco* i. e. de spatio loci, quod certis finibus circumscriptum cogitamus, ubi opponitur praepos. ἐκ et agitur de personis vel rebus loco alicui inclusis vel *von einem wirklichen Darinnensein*. Cf. *Matth*. §. 577. *Rost* §. 106. *Buttm*. §. 134. *Passow* I. p. 719. Vig. p. 603 sqq. 858. *Fischer* ad Well. 3. b. p. 137. *Win*. §. 52, a. coll. Tursellin. de partic. lat. Vol. 3. p. 244. ed. *Hand*. Legitur igitur 1) de loco a) sq. dat. nominis locum proprie sic dictum, ut mundum, mundi partes, terras, provincias, insulas indicantis. Ita post vv., quibus *esse*, *habitare*, *versari* dicitur aliquis vel aliquid in loco aliquo, ut γίνομαι Jud. 5, 7. εἰμί Bar. 3, 10. Tob. 1, 2. 4 bis. 2, 10. 3, 1. 7, 6. 8, 4. Hist. Sus. v. 38. Esr. 2, 27. 5, 47. 1 Macc. 2, 17. 31. 5, 13. 49. 55 bis. 10, 12. 34. 11, 14. 13, 11. 47. 2 Macc. 13, 5. 15, 3. — abest εἰμί facile cogitatione addendum Sir. 24, 4. 11. 26, 16. 43, 6. 1 Macc. 3, 45. 4, 18. — post vv., quibus *agere*, *facere*, *pati* aliquis aliquid dicitur, ut ἄγω 2 Macc. 10, 6. αἰνέω Bar. 2, 31. 3, 7. ἀναιρέω 1 Macc. 13, 15. ἀνακαίω 1 Macc. 12, 28. ἀνοίγω Sir. 24, 2. ἀναλαμβάνω 3 Macc. 6, 30. ἀνακαλύπτω Esr. 8, 79. ἀποκτείνω 1 Macc. 11, 47. ἀπολείπω 1 Macc. 9, 65. 10, 79. ἀπόλλυμι 2 Macc. 10, 13. ἀποτάσσω 1 Macc. 11, 3. ἀποτίθημι Esr. 6, 19. 1 Macc. 4, 46. ἀφίημι 12, 47. γράφω Bar. 1, 1. 1 Macc. 13, 42. δαπανάω Tob. 1, 7. διαγγέλλω Sir. 43, 2. δίδωμι Sap. 14, 3. Sir. 44, 23. ἔδωκεν αὐτῷ [αὐτὰς nempe τὰς εὐλογίας] ἐν κληρονομίᾳ. Alii: *et dedit ei* scil. terram ἐν κληρονομίᾳ = ὥστε εἶναι κληρονομίαν = *als Eigenthum*. Jud. 2, 11. 14, 9. Esr. 8, 81. 3 Macc. 2, 20. δικάζω Esr. 8, 23. δοξάζω Cantic. tr. puer. v. 27. ἐγείρω Esr. 1, 25. ἐκβάλλω 1 Macc. 11, 68. ἐπιτίθημι Addit. ad l. Esth. 6, 16. ἐξαγορεύω Bar. 1, 14. ἐπιστρέφω 1 Macc. 14, 44. εὑρίσκω 1 Macc. 2, 46. ἔχω 2, 28. ἕψω Esr. 1, 12. ζηλόω Sir. 45, 18. θάπτω Jud. 8, 3. 16. 23. Esr. 1, 31. 1 Macc. 2, 70 bis. 9, 10. 13, 25. θεραπεύω Addit. ad libr. Esth. 11, 3. καθίστημι 1 Macc. 10, 32. 37. κατακλίνω 3 Macc. 1, 3. καταλείπω 1 Macc. 5, 18. 11, 65. 2 Macc. 5, 22 bis. 12, 18. καταπαύω Sir. 24, 11. κατασκευάζω 1 Macc. 3, 20. καταστρέφω 2 Macc. 9, 28. κατασφαλίζομαι 2 Macc. 1, 10. κατιδρύνω Bar. 6, 17. κατοικίζω 1 Macc. 14, 37. κηρύσσω Esr. 2, 2. 1 Macc. 5, 49. κληρονομέω Sir. 45, 22. λαλέω Jud. 11, 9. λαμβάνω 1, 15. λειτουργέω Sir. 24, 10. μολύνω Tob. 3, 15. οἰκοδομέω Sap. 9, 8. Tob. 14, 5. Esr. 2, 4. 1 Macc. 1, 14. 54. 9, 50. 12, 37. 38. 13, 48. ὁράω Bar. 6, 9. 4 Macc. 15, 22. παραδίδωμι ἐν τοῖς παστοφορίοις Esr. 8, 59. παρεμβάλλω Jud. 7, 3. 17. 18. 1 Macc. 3, 42. 4, 29. 5, 49. 7, 19. 39. 40. 9, 1. 10, 61. 13, 13. 3 Macc. 4, 11. πατάσσω 1 Macc. 9, 66. πενθέω Esr. 1, 31. πήγνυμι Sap. 11, 2. Sir. 14, 24. ποιέω Sir. 42, 11. 45, 9. Bar. 2, 2. Jud. 1, 5. 1 Macc. 1, 52. 6, 12. 8, 3. 13, 30. 14, 36. vid. ad h. l. sub voc. ἁγνεία observata. 3 Macc. 1, 23. πολεμέω 1 Macc. 5, 65. προςμένω 3 Macc. 7, 17. προςτάσσω 1 Macc. 10, 37. συγκλείω Sir. 29, 12. συντελέω Esr. 2, 27. τελευτάω Jud. 8, 3. τίθημι Sap. 13, 15. Sir. 14, 26. Jud. 5, 1. 6, 7. ὑπερεῖδον 3 Macc. 6, 15. ὑπέστην 1 Macc. 10, 73. — His adde verba media, ut βαπτίζομαι, λούομαι Jud. 12, 7. Hist. Sus. v. 15. παρατίθεμαι Tob. 1, 14. 4, 1. 20. περιβλέπομαι Sir. 9, 7. συνίσταμαι Esr. 1, 2. 3 Macc. 1, 19. 2, 26. τίθεμαι 1 Macc. 1, 53 bis. 9, 51. 52. 53. quo l. verbis ἐν τ. ἄκρᾳ per appositionem additur ἐν φυλακῇ i. e. *in carcerem* 13, 33. 14, 3. 23. 34. 49. τίθεσθαι ἐν οὐδενί, *apud animum suum in nihili loco ponere* i. e. *nullius momenti habere, nihili aestimare, für Nichts achten* 2 Macc. 4, 15. 12, 7. — post vv. passiva, quibus *agi*, *fieri*, *effici* aliquid dicitur alicubi, ut ἀγαπάομαι 1 Macc. 6, 11. ἁγιάζομαι Esr. 1, 49. ἄγομαι 2 Macc. 4, 18. ἀκούομαι Bar. 3, 12. 1 Macc. 14, 16. ἀναγινώσκομαι 1 Macc. 14, 10. ἀπερείδομαι Esr. 1, 41. 2, 10. 6, 18. ἀποκρύπτομαι 2 Macc. 10, 37. γίνομαι i. e. *agor*, *instituor* Jud. 2, 1. ἐγένετο κήρυγμα = *edicebatur* Esr. 9, 3. βλαςφημίαι γίνονται *es werden gotteslästerliche Reden geführt* 1 Macc. 2, 6. γλυκαίνομαι Sir. 50,

18. γράφομαι 1 Macc. 15, 15. διασπείρομαι 1 Macc. 11, 47. δίδομαι Sap. 3, 14. δοξάζομαι 1 Macc. 3, 14. εἴρημαι 14, 22. θησαυρίζομαι 4 Macc. 4, 3. θρυλλέομαι 3 Macc. 3, 6. καταχαίομαι Tob. 14, 11. κατακόπτομαι 2 Macc. 1, 13. καταλείπομαι Jud. 13, 4. Esr. 8, 78. 1 Macc. 2, 18. 2 Macc. 12, 10. καταστρώννυμαι Jud. 7, 14. κατοικίζομαι Esr. 5, 46 bis. κινέομαι Cant. tr. puer. v. 56. κοιμάομαι 1 Macc. 16, 4. μετασχηματίζομαι 4 Macc. 7, 22. μισέομαι Sir. 21, 28. ὁράομαι Bar. 3, 22. παλαιόομαι v. 10. παραδίδομαι 2 Macc. 1, 12. παρίσταμαι Sap. 19, 22. πλανάομαι Sir. 9, 7. προςφέρομαι Jud. 9, 1. συγκλείομαι 1 Macc. 5, 5. 6, 49. συλλαμβάνομαι 1 Macc. 5, 26. 27. σώζομαι 4, 9. τελωνέομαι 13, 39. τίθεμαι Esr. 6, 9. 1 Macc. 11, 37. τροπόομαι 10, 72. ὑπαντάω Sap. 6, 16. quo l. agitur de σοφίας cum animis vel mente hominis pii commercio. — ὑπολείπομαι Jud. 13, 2. 1 Macc. 6, 54. 10, 14. ὑπομνηματίζομαι Esr. 6, 23. — post vv. *neutra* vel activa intransitiva, ut ἀνακράζω 1 Macc. 2, 27. ἀνατέλλω Sir. 26, 16. ἀπαντάω 1 Macc. 11, 68. ἀποθνήσκω Tob. 14, 14. 1 Macc. 2, 41. ἀπόλλυμαι Tob. 6, 13. 1 Macc. 6, 13. αὐλίζομαι Sir. 24, 7. 51, 23. βαθίζω Esr. 4, 24. βασιλεύω Jud. 1, 1 bis. Esr. 1, 35 bis. γηράσκω Jud. 16, 23. γίνομαι = vel *fio, ich werde,* ut ἔγκυος Sir. 42, 10. ἔνδοξος Jud. 16, 21. φανερός 1 Macc. 15, 9. vel *orior*, Sap. 18, 20. Jud. 10, 18. 1 Macc. 1, 25. 13, 44. 14, 29. 2 Macc. 8, 20. vel *evenio* Tob. 8, 20. — διαζάω 2 Macc. 5, 37. διαπορεύομαι 1 Macc. 11, 60. διατρίβω 2 Macc. 14, 28. διέρχομαι Sir. 39, 4. 1 Macc. 3, 8. διοδεύω 12, 32. διφρεύω Bar. 6, 31. ἔθος ἐστὶ 2 Macc. 13, 4. εἰμὶ ὥς τις, *similem me gero alicui* Sir. 4, 30. — addito nominat. nominis qualitatem indicantis, ut ὄνειδος Bar. 6, 72. ὅμηρα 1 Macc. 1, 10. ἔνδοξος καὶ μέγας 2, 17. εὐφραινόμενος Jud. 16, 20. ταπεινός Cant. tr. puer. v. 13. ἐστὶν εἰρήνη *locum habet pax* Tob. 14, 4. — abest εἰμί facile cogitatione addendum Sir. 9, 10. Jud. 14, 7. 2 Macc. 14, 22. — εἰρηνεύω Sir. 44, 6. ἐνέστην 1 Macc. 8, 24. ἐνισχύω 1 Macc. 1, 34. ἐξομολογέομαι Tob. 13, 6. 7. ἐπικρατέω 1 Macc. 1, 18. ἐπιμαρτύρομαι 1 Macc. 2, 56. ἐπιστρέφω Bar. 2, 30. ἐρηθεύομαι Tob. 2, 11. ἔστην Esr. 1, 5. ζάω 2 Macc. 15, 4. θνήσκω Bar. 2, 17. ἱερατεύω Esr. 5, 46. κάθημαι Jud. 11, 23. κατάκλειστος 3 Macc. 1, 18. καταλύω Sir. 14, 25. vid. ad h. l. sub δόξα in fin. monita. — Sir. 47, 12. κατασκηνόω Sir. 24, 14. Esr. 2, 5. κατοικέω Sir. 15, 26. Bar. 1, 4. Jud. 1, 17. 3, 1. 5. 4, 1. 11. 5, 4. 14. 16. 8, 11. 15, 6. Esr. 2, 15. 9, 36 bis. 1 Macc. 3, 36. 2 Macc. 12, 27. κυριεύω Sir. 44, 3. 1 Macc. 7, 1. 8. μένω 13, 11. οἰκέω Tob. 5, 16. Jud. 5, 15. Addit. ad l. Esth. 1, 3. Hist. Sus. v. 1. Esr. 2, 16. 25. 1 Macc. 10, 10. 13, 53. 14, 34. οἰκέω 1 Macc. 9, 73. παραμένω Jud. 12, 7. παρέστηκα Jud. 12, 13. παροικέω 5, 7. πενθέω Sir. 48, 24. περιπατέω 24, 5. Hist. Sus. v. 7. 36. πίπτω Jud. 7, 22 bis. πνέω Bar. 6, 61. πορεύομαι Jud. 10, 11. 1 Macc. 5, 24. προςκαρτερέω Hist. Sus. v. 6. — ita pro ב Jos. 24, 7. 1 Sam. 7, 2. (Hdian. 8, 7. 11. Ael. V. H. 13, 16. Xen. An. 4, 7. 17. Cyr. 1, 4. 5.) — — ἐν c. casu suo interdum *inter artic. et subst.* vel *particip.* positum legitur, ut ὁ ἐν ἑτοίμῳ — μόρος *mors parata* i. e. m. *proxime instans* 3 Macc. 5, 8. τὸ ἐ. ἱερῷ γαζοφυλάκιον 2 Macc. 3, 6. οἱ ἐ. ἱεροσολύμοις ἀντιοχεῖς 4, 9. ἡ ἐ. κήπῳ ῥάμνος Bar. 6, 7. οἱ ἐ. νινευῇ ἀδελφοί Tob. 11, 17. ἡ ἐ. ὑπαίθρῳ προςβολή 2 Macc. 15, 10. — His adde Jud. 15, 5 bis. 1 Macc. 11, 18. 20. 41. 51. 13, 44. 45. 14, 17. 36 bis. 15, 28. 16, 14. 2 Macc. 4, 14. 62 bis. 8, 20. 36. 4 Macc. 18, 11. 12. 13. (Xen. h. gr. 4, 4. 3.) — τὰ ἐν αὐτῇ [scil. τῇ οἰκίᾳ] ὄντα Bar. 6, 59. οἱ ἐ. τῇ πόλει κατειλημμένοι 2 Macc. 15, 19. — Jud. 15, 1. Esr. 6, 27. — — ἐν praecedente artic. et suppresso ὤν ita legitur, ut faciat periphrasin adiectivi substantivo cognati [cf. *Matth.* §. 272. *Buttm.* §. 112. *Rost* §. 98. *Fischer* l. l. p. 144. *Win.* §. 20, 1. *Herm.* ad Vig. p. 874.] ita τὰ ἐν οὐρανοῖς Sap. 9, 16. τὰ ἐν τῇ παροικίᾳ Sap. 19, 10. Sir. praef. prim., οἱ ἐν νινευῇ Tob. 1, 19. 11, 17. — Jud. 1, 9. 12. 15, 5 bis. Addit. ad l Esth. 7 fin. Esr. 2, 4. 8. 17. 30. 4, 2. 5, 44. 72. 6, 1. 2. 7. 18 bis. 19. 20. 22—24. 26 bis. 30. 34. 8, 10. 14. 15. 17. 25. 45. 60. 1 Macc. 2, 18. 23. 4, 3. 41. 5, 17. 23 bis. 44. 45. 6, 2. 7. 12. 9, 2. 50. 52. 60. 62. 10, 6. 32. 39. 43. 45. 11, 18. 20. 37. 51. 13, 44. 45. 14, 17. 36 bis. 15, 28. 16, 10. 14. 2 Macc. 1, 10 ter. 6, 2. 10, 20. 12, 8. 13, 22. 3 Macc. 3, 1. (Xen. Mem. 3, 5. 6. 3, 13. 3. Cyr. 8, 5. 1. Thuc. 8, 75.) Cf. *Matth.* l. l. *Fischer* l. l. *Win.* §. 55, 1. d. — — *sine artic. praefixione* ἐν c. casu suo *adnectitur nomini praecedenti*, ut res vel persona esse, aut locum habere aliquid in loco aliquo significetur [cf. *Matth.* §. 277, not. *Wunder* ad Soph. Philoct. v. 825. *Win.* §. 19, 2. coll. §. 19, 4. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. I. p. 195.] ita οἱ αἰχμαλωτοὶ ἐν νινευῇ Tob. 7, 3. ἡγούμενοι it. οἱ ἰουδαῖοι ἐν ἱερουσαλὴμ Esr. 6, 8. 8, 59. οἱ ἰουδαῖοι ἐν αὐτῇ 2, 23. ἰωναθὰν μετ' αὐτοῦ ἐν φυλακῇ = *in vinculis* i. e. *captivus* 1 Macc. 13, 12. λαὸς ἐν ξενῇ γῇ 3 Macc. 6, 3. — Tob. 3, 7. Esr. 4, 18. 1 Macc. 8, 24. 2 Macc. 13, 23. — Esr. 3, 2. quo l. verbis τοῖς ἐπ' αὐτὸν explicationis ergo additur ἐν ταῖς ἑκατὸν — σατραπείαις. 3 Macc. 7, 5. ἐν παντὶ τόπῳ μηθεὶς *in quocunque loco nemo.* — ἀτμὶς ἐν σκηνῇ Sir. 24, 15. ἐδέσματα ἐν ἀλλοτρίοις scil. οἴκοις 29, 12. ἐλαία ἐν πεδίῳ 24, 14. ἐξουσία ἐν διαθήκαις κριμάτων auctoritas locum habens in legibus Sir. 45, 17. quo l. explicationis causa sequuntur verba διδάξαι — φωτίσαι. παράδεισος ἐν εὐλογίαις *paradisus in regione benedicta* i. e. *in regione, quam fertilissimam et amoenissimam esse voluit Deus* Sir. 40, 17. — Sir. 13, 18. 24, 14. 43, 8 bis. Bar. 6, 50 ter. v. 70. Esr. 1, 3. 21. 41. 1 Macc. 1, 19. 4, 21. 38. 5, 3. 43. 6, 1. 26. 7, 8. 9, 53. 10, 75. 15, 4. 29. 4 Macc. 7, 1. — Loci, in quibus ex metonymia contenti pro continente legitur ἐν c. dat. *personae*, ut ἐν ἰακώβ, ἐν ἰσραὴλ vel ἐν τῷ ἰσραὴλ pro: *in terra israelitica* Sir. 24, 8 bis. 47, 11. 50, 28. Esr. 1, 20. μέρις — ἐν λαῷ pro ἐν γῇ λαοῦ Sir. 45, 22. ἐν ἑαυτῷ = ἐν μέσῳ αὐτοῦ i. e. *inter cives suos, in seiner Mitte* Jud. 10, 19. ἐν αὐτῇ scil. τῇ σοφίᾳ pro: *in schola sapientiae,* quippe quae sistitur persona. Sir. 6, 19. 51, 17. 19. — ἐν γὰρ σοφίᾳ — αἶνος i. e. *sapientia enim est, in cuius schola* αἶνος ὡραῖος *omni tempore praedicabitur* Sir. 15, 10. coll v. 9. ἐν κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν scil. τῶν δικαίων *in domicilio Domini = in coelis merces eorum asservatur*. Cf. *Käuffer* de notione ζωῆς biblica p. 93. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. II. p. 83 sq. — Sap. 7, 27. μένουσα ἐν ἑαυτῇ i. e. *in ihrem innern Wesen, ihrer innern Natur nach.* — Tob. 13, 10. quo l. Hierosolyma persona inducitur. — — ἐν μέσῳ, *in medio*, seq. genit. plur. personarum, ut τῶν ἀδελφῶν Sir. 10, 20. γυναικῶν 42, 12. μεγιστάνων 11, 1. 35, 9. — Jud. 6, 17. 8, 12. Hist. Sus. v. 48. 50. 1 Macc. 5, 2. 16, 7. — sq. genit. nom. collectivi, ut ἐκκλησίας Sir. 15, 5. Jud. 7, 29. λαοῦ Sir. 24, 1. Jud. 6, 16. 14, 8. 16, 3. — sq. gen. loci Jud. 11, 19. 14, 19. — ἐν μέσῳ λαῷ Hist. Sus. v. 34.

b) sq. dat. nominis, quo corpus vel corporis partes, phaenomena et elementa naturae, utensilia, liber, epistola, tabula et similia ita commemorantur, ut *loci* notionem includant. Ita post vv., quibus *esse, evenire, fieri,* aliquid vel *facere, efficere, pati* aliquis aliquid dicitur aa) univ., ut

ἐν τοῖς ἀγγείοις 1 Macc. 6, 53. ἐν αἵματι Sap. 7, 2. ἐν αἷς scil. ἐπιστολαῖς 1 Macc. 12, 8. ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς l. ἀπογραφαῖς 1 Macc. 2, 1. 13. ἐν ἅρματι Sir. 48, 9. ἐν αὐτῇ scil. τῇ παγίδι Sir. 27, 26. ἐν αὐταῖς scil. ταῖς γενέσεσι Sap. 1, 14. Esr. 6, 21. 23. ἐν βιβλίῳ l. ἐ. τ. βιβλίοις Sir. 50, 27. Esr. 1, 11. 33. 2, 21. ἐν τῇ βίβλῳ Esr. 1, 42. 5, 49. ἐν τοῖς γεγραμμένοις Addit. ad l. Esth. 2, 6. ἐν γραφῇ Sir. 39, 32. 44, 5. ἐ. τ. γραφῇ 2 Macc. 2, 4. ἐν ἐκκλησίᾳ Sir. 21, 17. 38, 33. ἐν ἐντολαῖς αὐτοῦ Sir. 45, 15. ἐν θέρμῃ καμίνου Sir. 38, 28. ἐν θησαυροῖς 1, 22. ἐ. τῷ καμίνῳ Cantic. tr. pueror. v. 27. trop. ἐ. καμίνῳ ταπεινώσεως Sir. 2, 5. ἐν καρτάλλῳ Sir. 11, 28. ἐν τῷ καταλογισμῷ Esr. 5, 39. ἐν κοιλίᾳ l. ἐ. τῇ κ. Sap. 7, 2. Sir. 40, 30. Tob. 4, 4. ἐν κρίσει ἁμαρτωλῶν i. e. *in collegio iudicum improborum* Sir. 11, 9. ἐν κύμασι Sap. 5, 10. Sir. 4, 26. ἐν λαίλαπι 48, 9. 12. ἐν μαρσυπείῳ 18, 32. ἐν μέριδι κυρίου κληρονομίας i. e. ἐ. μ. κυρίου *nempe* ἐν κληρονομίᾳ αὐτοῦ 24, 12. Cf. de genitivo per appositionem addito substantivis alium casum habentibus *Win.* §. 48, 2. — ἐν μηρῷ σαρκός Sir. 19, 17. ἐν μήτρᾳ 1, 12. 49, 7. ἐν νεφέλαις 50, 7. — v. 10. ὑψουμένη ἐν νεφέλαις i. e. ὑψουμένη καὶ στᾶσα ἐ. ν. — ἐν τ. νόμῳ Bar. 2, 2. Esr. 1, 33. 5, 51. 8, 12. — Sir. 49, 9. ἐμνήσθη τῶν ἐχθρῶν ἐν ὄμβρῳ i. e. *in loco, quo fit mentio turbinis perdituri* vel *perniciem afferentis* cf. Ezech. 13, 13. ubi רוּחַ־סְעָרוֹת. — Cf. quae habet de hac citandi ratione antiquitati propria *Fritzsche* ep. P. ad Rom. II. p. 436. coll. Eiusd. Evang. Marci p. 533. — ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς Tob. 6, 8. δακρύειν ἐν ὀφθαλμοῖς = *Thränen in den Augen haben* = δακρύειν sed fortius Sir. 12, 16. — εἶδον l. ὁράω ἐν ὀφθαλμοῖς μου *oculis meis video* i. q. *video*, sed fortius Sir. 16, 5. 51, 27. Jud. 7, 27. Quas formulas uti sunt, qui ex antiquitatis [vid. Hom. Il. 1, 587. Soph. Ant. v. 764. Trachin. v. 241. Eur. Or. v. 1018. Hippol. v. 1265.] simplicitate et verbositate sub ἄγγελος notata explicandas esse existimant, ita alii instrumentale esse in talibus ἐν monuerunt. Cf. *Matth.* §. 396, not. *Win.* §. 31, 6. — ἐν πλήθει Sap. 8, 15. Sir. 6, 33. 42, 11. ἐ. προστάγματι Tob. 1, 6. ἐν πυρί Sir. 2, 5. 8, 10. 45, 19. ἐν σκέπῃ 14, 26. ἐν σπαργάνοις Sap. 7, 4. ἐν ὑποδῷ Sir. 40, 3. ἐν στέματι Sir. 49, 1. — 1, 29. μὴ ὑποκριθῇς ἐν στόματι ἀνθρώπων, *cave, ne simulator sis in ore hominum* = *ne simulator appelleris*. 13, 23. πονηρὰ ἡ πτωχεία ἐ. στόμασιν ἀσεβοῦς i. e. *in malis habendam esse paupertatem inquit improbus*. 15, 9. οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐ. στόματι μωροῦ ex metonym. antecedentis pro consequente: *laus ab homine inepto profecta*, — δίδωμι αἰνέσεις ἐν στόματί τινος *ori alicuius laudes ingero* i. e. *laudandi materiam suggero alicui* 3 Macc. 2, 20. De h. l. verbositate vid. sub ἄγγελος monita. — ἐνδελεχίζομαι ἐ. στόματί τινος = *frequens sum in ore alicuius* i. e. *saepe ab aliquo audior* Sir. 20, 18. 23. — 21, 26. ἐν στόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν, καρδία δὲ σοφῶν στόμα αὐτῶν *in ore fatuorum cor* [= animus, mens] *illorum*, *cor autem sapientum os eorum* „dictum, egregie monet *Grotius*, elegans: *fatuorum* scilicet *mens in lingua natat*, *hi linguam comprimunt*.“ Uti enim eo, quod subita nec meditata loqui solet ὁ μωρός, ἐν στόματι ἔχειν dicitur καρδίαν, ita, quod non loquitur nisi multo ante meditata ὁ σοφός, eius καρδία esse dicitur τὸ στόμα αὐτοῦ. — ἐ. συναγωγῇ ἁμαρτωλῶν Sir. 16, 6. ἐ. σώματι Sap. 1, 4. ἐ. τρυβλίῳ Sir. 34, 14. ἐ. ὕδατι Sap. 16, 17. 18, 5. 19, 10. ἐ. ὑετῷ, it. ἐ. τ. ὑετοῖς Sap. 16, 22. Sir. 40, 13. ἐ. τῇ φλογί 28, 22. ἐ. τῇ χαλάζῃ Sap. 16, 22. ἐ. τοῖς χαλκείοις Esr. 1, 12. περιέχω τινὰ ἐν χόρῳ = *choro aliquem includo* 4 Macc. 8, 4. ἐν πάσαις χρείαις Sir. 42, 23. πίνω ἐν χρυσώμασιν οἶνον i. e. *vinum bibo poculis aureis circumdatum* Esr. 3, 6. 1 Macc. 11, 58. (πίνειν ἐν κέρατι, ἐν λαγύνῳ Anthol. gr. 2, 34. 4. — in Nilo bibere Phaedr. 1, 25. 3. in ossibus capitum Flor. 3, 4. 2.) Cf. de hac formula *Fritzsche* ind. ad Lucian. dial. deor. sub ἐν, coll. Tursellin l. l. p. 275. — bb) ἐν χειρί, *in manu*, ἐν χερσί, *in manibus* α) propr. προσφορὰ κυρίου ἐ. χερσὶν αὐτῶν scil. Levitarum Sir. 50, 13. — Sap. 7, 11. quo l. ἡ σοφία persona inducitur. ᾧ ἔδωκας ἐν χειρὶ ῥομφαίαν Jud. 9, 2. (ἐν χερσὶν ἔθηκε παῖδ' ἑόν Hom. Il. 6, 432. — 1, 441.) — δὸς ἐν χειρί μου, τῆς χήρας — κράτος, *meae*, *mulieris viduae*, *manui inde robur* i. e. *fortem et robustam meam, mulieris viduae, redde manum* v. 9. — loci ex verbositatis genere sub voc. ἄγγελος notato indicandi Jud. 11, 22. — 15, 12. Sap. 3, 19. 1 Macc. 1, 44. 2, 47. 3, 6. 14, 36. 16, 2. 2 Macc. 10, 23. — β) formulae notandae: εἰμὶ ἐν χειρί vel ἐν χερσί τινος, *in manu* vel *in manibus alicuius sum* i. e. vel *praesto sum alicui*, *ad manus sum alicui* Sir. 29, 26. εἴτι — σου = *si quid* [cibi scil.] *in promtu habes*. 9, 17. ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον ἐπαινεθήσεται pro: ἔργον ἐ. χ. τεχνιτῶν ἐπαινεθήσεται i. e. *opus quod artifices habuit auctores, laudabitur*. — τὰ βιβλία — τὰ ἐ. ταῖς χ. ἡμῶν 1 Macc. 12, 9. τὰ ἐν χερσί *quae ad manus* i. e. *cuivis obvia sunt* Sap. 9, 16. quo l. opp. τὰ ἐν οὐρανῷ. — vel: *praesens sum*, ut ἔτι — ἐ. χερσὶν ἔχοντες τὰ πένθη *quum adhuc praesentem haberent luctum*, ita de recentissima liberorum suorum iactura Sap. 19, 3. — vel *proxime insto*, ut κίνδυνός μου ἐ. χειρί μου Addit. ad l. Esth. 4, 4. (ἐν χειρί τινος εἶναι Diod. Sic. 19, 31.) — — Loci, in quibus ἐν c. casu suo medium inter articulum et nomen legitur, ut ἡ ἐν γαστρὶ περιενέγκασά σε 2 Macc. 7, 27. τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα v. 28. — — ἐν sine articuli praefixione adnectitur nomini praecedenti [de qua re vid. paulo ante monita] ut τὰ ἤθη ἐν νόμῳ *mores in lege praescripti* Sir. praef. prim. — λογεῖον κρίσεως ἐν γραφῇ Sir. 45, 11. πηλός — ἐν χειρὶ αὐτοῦ scil. τοῦ κεραμέως 36, 13. — — ἐν μέσῳ, *in medio* sq. gen. rei loci notionem includentis, ut νεφέλης Sir. 50, 6. παγίδων 9, 13. τῆς παρεμβολῆς Jud. 14, 19. πυρός Cant. tr. puer. v. 1. — λέγεται ἐν ἑαυτοῖς *legitur apud eos* i. e. *in lingua eorum patria* Sir. praef. prim. quo loco explicationis causa additur ἑβραϊστί. —

c) seq. *dat. pluralis* vel *nominis* collectivi numero singulari positi, ubi de multitudine rerum vel personarum, de copia et numero eiusque parte aliqua agitur, in quibus mediis *esse* aliquis, *fieri*, *evenire*, *patrari* aliquid dicitur aut cogitatur. Habent Lat. in talibus: *inter*, nostrates: *unter* cf. *Matth.* §. 577. *Passow* l. l. *Fischer* l. l. p. 137. coll. *Tursellin.* l. l. p. 252. *Ewald* gr. hebr. p. 605. gram. min. p. 265. — aa) sq. dat. *pluralis* α) ubi de personis sermo est, ita post ἁγιάζομαι Sir. 33, 4. ἀναμίγνυμαι Addit. ad l. Esth. 2, 4. ἀναστρέφομαι 3 Macc. 2, 30. ἀποστρέφω Bar. 2, 29. γίνομαι = vel: *fio*, i. e. *patror* Addit. ad l. Esth. 7, 6. vel *intituor*, *agor* Sap. 6, 5. vel *sum* i. e. *gero me* Sir. 35, 2. δείκνυμί τι Bar. 6, 67. δίδωμί τινα εἴς τι Bar. 2, 4. δοξάζομαι ἐν γενεαῖς i. e. *inter aevi mei homines* Sir. 44, 7. 49, 16. δουλεύω Sir. 3, 7. 2 Macc. 1, 27. εἰμί *sum* i. e. vel: *versor, ich befinde mich* Sap. 5, 5. 4 Macc. 8, 15. vel: *locum habeo, ich finde statt* 1 Macc. 8, 16. vel: *pertineo ad aliquem*, *sum in numero quorundam* Sap. 8, 5. ἐκκαίομαι Sir. 28, 23. vid. ad h. l. sub ἐκκαίω observata. ἐπιστρέφω τι εἴς τι Jud. 8, 22. ἔχω δόξαν it. ἐξουσίαν Sap. 8, 10. 2 Macc. 7, 16. 3 Macc. 7, 21. θρυλλέομαι 3, 6. καταλείπω Bar. 2, 13. καταλογίζομαι Sap. 5, 5. κατασκήνωσις γίνεταί τινι 2 Macc. 14, 35. μεγαλύ-

νομαι Sir. 33, 4. πατάσσω πληγήν 1 Macc. 8, 4. πειράζω Sir. 39, 4. πίπτω Jud. 6, 5. πλανάομαι 29, 18. ποιέω ἀνδραγαθίαν 1 Macc. 8, 2. πορεύομαι 6, 6. προφητεύω Jud. 6, 2. σκορπίζομαι Tob. 3, 4. ἐν οἷς v. 5. συναναστρέφομαι Bar. 3, 37. φαντασιοκοπέω Sir. 4, 30. ὤφθην 1 Macc. 9, 27. (Diod. Sic. 11, 12. Lucian. dial. deor. 16, 3. Xen. Mem. 3, 6. 2.) — post adiect., ut ἅγιε ἐν ἁγίοις 3 Macc. 22, 2. πρῶτος 1 Macc. 7, 13. ἐστηριγμένος trop. *auctoritate pollens* 1 Macc. 2, 17. — — sine articuli praemissione ἐν c. casu suo *adnectitur* nomini antecedenti [vid. supra sub I. 1. a. notata] ut τὰ ἔργα αὐτοῦ [scil. κυρίου] ἐν ἀνθρώποις Sir. 11, 4. (Eur. Hippol. v. 1294.) — praeced. articulo et suppresso ὤν Jud. 1, 8. οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι. — antegresso τίς aliquis Sap. 9, 6. τινὲς ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. — — β) ubi agitur de rebus, ut Sap. 11, 3. μικρὰ ἐν πετεινοῖς μέλισσα. 16, 19. τὰ πλείονα — ἐν ἀποκρύφοις, *plurima pars eorum, quae agit Deus inter homines abscondita* i. e. *in eorum numero sunt, quorum finis eos latet.* Addit. ad l. Esth. 6, 18. — Sir. 45, 20. ἄρτον — πλησμονήν pro: ἐν πρώτοις ἄρτοις ἡτοίμασεν ἄρτον πλησμονήν i. e. *voluit ut, qui victum iis praeberet panis, esset e numero* τῶν πρώτων ἄρτων. Vide de decimis sacerdotum sub ἁγιασμός ad Sir. 7, 31. observata. — adnectitur ἐν c. casu suo nomini praecedenti, ut μὴ πράσσε μηδὲν ἐν ἔργοις ὕβρεως Sir. 10, 6. τὰ καὶ ἐν ζωοῖς ἄτιμα scil. ζῶα Sap. 12, 24. — — bb) sq. dat. *nominis collectivi* singulari numero positi, ut ἐν δυνάμει σου *inter copias tuas* Jud. 7, 9. ἐν ἔθνει Sir. 16, 6. Jud. 14, 7. ἐν ἡμέρᾳ αἰῶνος Sir. 18, 19. vid. αἰών init. ἐ. τῇ κτίσει 16, 15. 49, 16. — ὅτι ἐν κτίσματι θεοῦ [scil. ὄντα] εἰς βδέλυγμα ἐγενήθησαν i. e. *quippe quod, quae essent inter creaturas Dei, in rem abierunt abominabilem* Sap. 14, 11. ἐ. λαῷ δεδοξασμένῳ Sir. 24, 12. ἐ. λαῷ πλείονι 16, 15. ἐ. λαῷ αὐτοῦ scil. κυρίου 34, 9. ἐ. τῷ λαῷ 1 Macc. 4, 58. 5, 2. 61. μέρις — ἐν λαῷ Sir. 45, 22. ita pro בְּתוֹכָךְ Num. 18, 20. — ἐ. τ. λαῷ σου Addit. ad l. Esth. 7, 10. 3 Macc. 2, 16. in quibus per appos. additur Ἰσραήλ. — ἐν μέριδι — δοθήσεται scil. αὐτή. i. e. *dabitur illa in* [= cum] *ornamentis, quibus insigniuntur pii Dei cultores.* ἐν τῷ οἴκῳ σου i. e. *inter domesticos tuos* Sir. 4, 30. ἐν ὄχλῳ 7, 7. ἐν πλήθει Sap. 8, 15. Sir. 7, 16. Esr. 8, 91. — ἐν Ἰσραὴλ Jud. 16, 3. ἐ. παντὶ Ἰσραὴλ 13, 11. 16, 1. 1 Macc. 2, 55. 7, 22. — nomini praecedenti adnectitur, ut σοφὸς ἐ. τ. λαῷ αὐτοῦ Sir. 37, 26.

d) refertur notio localis ad *vestitum, arma, omnemque splendorem externum*, etiam ad *vincula*, ubi Lat. *in*, vel etiam participiis *indutus, circumdatus, instructus, ornatus* seq. ablativo, nostrates vocab. *in, mit, versehen mit*, utuntur. Cf. *Matth.* §. 577. *Fischer* l. l. p. 138. *Viger.* p. 610. *Win.* §. 52. coll. Tursellin. l. l. p. 260. — aa) sq. dat. nominis vestem, ornamenta, arma, vincula, similia indicantis, ut ἐν πορφύρᾳ 1 Macc. 8, 14. 11, 58. ἔγραψε — στολήν, ἐν τίνι λατρεύουσιν ἐν αὐτῇ Esr. 4, 54. ἐμακάρισεν αὐτὸν ἐν εὐκοσμίᾳ scil. κοσμήσας Sir. 45, 7. — Jud. 10, 3. 1 Macc. 6, 35. 10, 58. 86. 2 Macc. 3, 33. 11, 10. 3 Macc. 3, 23. (Diod. Sic. 1, 12. Hdian. 2, 13. 5. Xen. Mem. 3, 11. 4.) — adnectitur ἐν c. casu suo nomini praegresso, καθήμενος — ἐν δόξῃ Sir. 40, 3. χεὶρ ἐν λίθῳ σφενδονῆς i. e. *manus armata saxo fundae* 47, 4. οἱ υἱοὶ ἀαρὼν ἐν δόξῃ αὐτῶν 50, 13. ἐν ἁρπάγμασιν ἁμαρτωλός *peccator opibus male partis instructus* 16, 10. — 2 Macc. 3, 15. 11, 8. 3 Macc. 1, 16. — bb) sq. dat. nominis instrumentum bellicum vel musicum indicantis, ut ἐν σκεύεσιν ὀχυρώματος 1 Macc. 14, 10. τὸ θυσιαστήριον — ἐνεκαινίσθη [scil. ὑπ' αὐτῶν] ἐν κιθάραις — ἐν κυμβάλοις 1 Macc. 4, 54. Jud. 16, 2. 1 Macc. 13, 51. Alii ad num. 3. d. referunt hos l. — ita pro בְּכִנּוֹר Ps. 43, 4. — ᾠκοδόμησε — ἐν μόχλοις = *circumdans moenibus, portis, pessulis* 1 Macc. 9, 50. — — cc) sq. dat. nunc personarum, nunc rerum, quibus vestium instar circumdata est vel cogitatur ea. Ita de exercitibus et apparatu bellico, ubi Latini *in, inter* vel comitatus notionem tenentes praeposit. *cum* et particip. *instructus*, nostrates verbis: *mit, unter*, utuntur. Ita post vv. *veniendi, proficiscendi, apparere, conspici, persequi* aliquem, ut ἐν μυριάσι δυνάμεως Jud. 16, 4. 1 Macc. 7, 28. ἐν δυνάμει 4, 9. 7, 14. 9, 43. ἐν ὄχλῳ πολλῷ 7, 18. ἐ. τρισχιλίοις ἀνδράσιν 4, 6. — 1 Macc. 1, 17. 29. 7, 14. 11, 15. 2 Macc. 8, 5. Cf. *Matth.* §. 577. *Win.* l. l. — — dd) a personis et rebus cingentibus et comitantibus aliquem vel aliquid *transfertur ad quamcunqne rem* vel *actionem*, qua comitante et adhibenda facit aliquis aliquid vel existit et fit aliquid, in quibus Lat. nunc praepos. *cum, inter*, etiam *adverbio, adiectivo*, participio *instructus*, nostrates vocabulis *mit, unter* utuntur. Cf. *Matth.* l. l. *Voigtländer* ad Lucian. dial. mort. 23, 5. *Win.* l. l. Ita α) αἰνεῖν, ἐξομολογεῖσθαι, εὐχαριστεῖν ἐν αἰνέσιν vel ἐν αἴνοις καὶ ὕμνοις Sir. 39, 15. 1 Macc. 14, 33. 3 Macc. 7, 16. φωνὴν ἀνυψοῦν ἐν γέλωτι Sir. 21, 20. διάγειν l. ὑμεῖν ἐν ἐξομολογήσεσι 15, 11. 3 Macc. 6, 35. 7, 19. ἐ. εὐλογίαις Sir. 47, 6. εὐλογεῖν ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου i. e. vel: *cum nominis Jovae invocatione* 45, 15. coll. Num. 6, 23. — Sir. 50, 20. vel: *praegressa nominis* κυρίου *invocatione eodemque adiuvante* 47, 28. coll. 1 Regg. 10, 27. 1 Chron. 1, 15. 9, 27. ἐν μέτρῳ = *mensura adhibita* i. e. *maassweise.* ἐ. ὁλοκαυτώσει — ταύρων Cant. tr. puer. v. 16. ἐν ὁρμήματι αὐτῆς scil. τῆς παρεμβολῆς i. e. *omni qui in exercitu erat, impetu* i. e. *quam celerrime* 1 Macc. 6, 33. ἐν σταθμῷ it. ἐν ἀριθμῷ καὶ σταθμῷ i. e. *lance et numero adhibito* i. e. *ratione bene perpensa* Sir. 16, 23. 42, 7. — 39, 15 bis. 1 Macc. 4, 51. 13, 51 bis. (Eur. Bacch. v. 1167.) — ἐστί τι ἔν τινι = *comitor aliquid* i. e. *sequor aliquid*, ita ἀθανασία — ἐστὶν ἐν μνήμῃ αὐτῆς scil. ἀρετῆς Sap. 14, 1. vel ἐν συγγενείᾳ σοφίας 7, 18. — ἐν c. casu suo adnectitur substant. praecedenti, ut ἱκετεία ἐν μέλεσι γοεροῖς 3 Macc. 5, 25. — — β) seq. dat. nominis *qualitatem* rei vel personae indicantis, αα) numeri, ut μαστιγοῦς ἐν μυριότητι, *auf zehntausendfache Weise* i. e. *modo longe plurimo* Sap. 12, 22. ὡς — ἐν μυριάσιν ἀρνῶν Cant. tr. puer. v. 16. — ββ) conditionis, ut νῦν ἐσμὲν ἐνώπιόν σου ἐν ἁμαρτίαις ἡμῶν *nunc coram te comparemus cum peccatis nostris* Esr. 8, 90. — γγ) mentis vel cognitionis, ut ἐν ἀκριβείᾳ Sir. 16, 23. ἐ. ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ 35, 3. Jud. 9, 6. ἡ κρίσις σου ἐν προγνώσει scil. ἐστί = προγινώσκει. — ἐ. σοφίᾳ, συνέσει 14, 20. — δδ) animi i. e. sensuum bonorum vel malorum, quos comites habet aliquis in agendo vel patiendo aliquid, sic, ut modus, quo agit vel patitur aliquis aliquid, significetur [von der geistigen und sittlichen Sphäre, in der sich Jemand beim Handeln bewegt, und aus deren Mitte gleichsam sein Handeln hervorgeht]. Ita post vv. quibus *agere, facere* aliquis aliquid vel *fieri, copulatum esse*, aliquid cum aliqua re dicitur, ut ἐν ἀγαθότητι Sap. 1, 1. Sir. 45, 23. ἐν ἀγαπήσει 48, 11. ἐ. ἀκμῇ θυμοῦ Addit. ad l. Esth. 5, 7. ἐ. ἀληθείᾳ Sir. 7, 20. 37, 15. quo l. ἵνα — σου pro: ἵνα εὐθύνῃ τὴν ὁδόν σου, ὥστε εἶναι vel μένειν ἐν ἀληθείᾳ Cant. tr. puer. v. 4. ἐν ἁπλότητι Sap. 1, 1. 1 Macc. 2, 37. ἐ. ἀτιμίᾳ Jud. 1, 11. ἐ. ἀφροσύνῃ ζωῆς Sap. 12, 2. ἐ. βίᾳ Sir. 20, 3. ἐ. δικαιοσύνῃ Sap. 9, 3. Sir. 45, 26. ἐ. δόλῳ Sap. 14, 30. 1 Macc. 1, 30. ἐν ὅλῃ δυνάμει Jud. 6, 25. 7, 30.

ἐν εἰρήνῃ Sir. 41, 44. Jud. 7, 15. ἐν ἐλέει Sap. 11, 9. 15, 1. ἐν ἐπιεικείᾳ Sap. 12, 18. ἐν ἐπιμελείᾳ 13, 13. ἐν εὐδοκίᾳ = *benigne* Sir. 32, 16. ἐν εὐθύτητι Sap. 9, 3. ἐν εὐφροσύνῃ = *laeto animo* Sir. 32, 9. ἐν τῇ εὐνοίᾳ — πίστει Addit. ad l. Esth. 2, 3. ἐν θυμῷ Jud. 2, 7. 9, 8. 1 Macc. 2, 44. addito ὀργῆς Sir. 45, 19. ἐν τῇ κακίᾳ ἡμῶν Sap. 5, 13. ἐν καρδίᾳ δισσῇ Sir. 1, 28. ἐν πληρεῖ εὐσεβείας Esr. 1, 23. ἐν ἀληθινῇ κρίσει Cant. tr. puer. v. 7. ἐν μακροθυμίᾳ Sir. 5, 11. ἐν οἰκτιρμοῖς 3 Macc. 6, 2. ἐν ὁμονοίᾳ Sap. 8, 9. ἐν ὀργῇ Sap. 10, 3. 11, 9. Sir. 33, 19. 1 Macc. 2, 49. ἐν ὁσιότητι Sap. 9, 3. ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ Sir. 32, 8. ἐν παῤῥησίᾳ Sap. 4, 1. ἐν πικρίᾳ ψυχῆς Sir. 4, 6. ἐν πίστει i. e. *ita ut fides habeatur* 41, 16. ἐν πλήθει ὕβρεως 1 Macc. 3, 20. ἐν πολέμῳ *cum bello* i. e. *in kriegerischer Absicht* = *bellaturus* 1 Macc. 2, 38. 7, 31. ἐν πορνείῃ ἐμοιχεύθη i. e. ἐπορνεύσατο καὶ ἐμοιχεύθη Sir. 23, 23. ἐν πραΰτητι 3, 17. 4, 8. 10, 27. ἐν σπατάλῃ ἁμαρτίας 27, 13. ἐν ὑπερηφανείᾳ 1 Macc. 1, 21. 2 Macc. 1, 28. 3 Macc. 2, 17. ἐν φόβῳ κυρίου Sir. 40, 26 bis. 45, 23. ἐν φροντίσι Sap. 7, 4. ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ Cant. tr. puer. v. 15. Formula notanda: ἐν πάσῃ καρδίᾳ l. ψυχῇ Sir. 39, 35. 6, 25. ἐν ὅλῃ καρδίᾳ l. ψυχῇ Tob. 13, 6. — 1, 13. 7, 27. 29. Cant. tr. puer. v. 17. 1 Macc. 2, 38. ἀνέστησαν ἐπ' αὐτοὺς ἐν πολέμῳ τοῖς σάββασι *surrexerunt adversus eos cum bello* i. e. *pugnantes sabbati die.* 7, 31. ἐξῆλθεν — ἐν πολέμῳ *cum bello* = *mit Kriegsgedanken, kriegslustig.* — ἐν c. casu adnectitur cum nomine suo substantivis, quae praecedunt, ut κοιτὴ ἐν παραπτώματι *concubitus comitem habens peccatum* i. e. *concubitus illicitus* l. *scelestus* Sap. 3, 13.

e) refertur notio localis ad *negotia* i. e. usurpatur de rebus, in quibus agendis, tractandis, colendis versatur aliquis [Sphäre, Geschäftskreis, Wirkungskreis, in welchem sich Jemand bewegt.] Cf. *Matth.* §. 577. *Erfurdt* ad Soph. OR. v. 561. *Bornem.* schol. in Ev. Lucae p. 29. *Passow* l. l. *Vig.* l. l. coll. Tursell. l. l. p. 253. Respondet in talibus Latinorum *in, inter*, nostratium: *an, in, bei* aa) sq. dat. nominis *negotium* i. e. artem, consuetudinem, disciplinam, vitae genus, munus, opificium indicantis. Ita post vv. ἀναστρέφομαι, ἀσχολοῦμαι, γίνομαι, εἰμί, εὐοδοῦμαι, εὑρίσκομαι, ἡγοῦμαι, κάθημαι, κοπιάω, ὁδηγέω, παλαιοῦμαι, πολυπραγμονέω, ὑποκρίνομαι, it. post διανοοῦμαι, μελετάω, νοοῦμαι = διανοούμενος, μελετῶν, νοούμενος ἀναστρέφομαι = meditando occupor, ut ἐν αἰνίγμασι, ἐν παραβολαῖς i. e. *in acute, parabolice, sententiose dictis excogitandis, explicandis, solvendis* Sir. 38, 33. 39, 3. ἐν τοῖς ἀποκρύφοις i. e. *in mysteriis sive Dei sive sapientiae indagandis* l. *explicandis* Sir. 14, 21. 39, 7. ἐν ἑβραΐοις *in rebus hebraicis cognoscendis et exponendis* Sir. praef. sec. πρὶν γενέσθαι αὐτοὺς μετ' αὐτῶν ὡς ἐν γυναιξί scil. γίνονται ἄνδρες *antequam consuescerent cum illa, uti consuescere solent viri cum mulieribus* Tob. 3, 8. ἐν ἔργοις, it. ἐν τοῖς ἔργοις τινός i. e. *in operibus* sive *divinis* sive *humanis cognoscendis, tractandis* Sap. 13, 7. Sir. 11, 18. 30, 31. 38, 25. 29. — 2 Macc. 2, 30. ἐν πανουργήμασι αὐτῶν διενοήθη *in consiliis eorum perpendendis versatus est* i. e. *novit ea* Sir. 42, 18. ἐν ταῖς παροιμίαις αὐτῶν ἀναστρέφου i. e. *operam da ut cognoscas* τὰς π. α. — ἐν προφητείαις *in vaticiniis edendis et explicandis* Sir. 39, 1. 46, 20. ἐν συναγωγῇ χρημάτων Sir. 34, 5. (Soph. OR. v. 561. Plat. Protag. p. 317. C. Hdot. 2, 82.) — abest εἶναι l. ἀναστρέφεσθαι facile cogitatione addendum, ut δέησις αὐτῶν ἐν ἐργασίᾳ τέχνης Sir. 38, 30. ἡ διήγησις ἐν υἱοῖς ταύρων v. 25. „de tauris narrat arator." — ἐν οἷς i. e. *quibus operam dando* l. *indulgendo* Sap. 11, 15. ἐν πᾶσι, *in quacunque re gerenda* Sir. 41, 1. ἐν τούτῳ, it. ἐν τούτοις *hac re peragenda, quum haec agerentur* 3 Macc. 1, 2. 24. coll. v. 22. 23. διάδοχος ἐν προφητείᾳ i. e. *in munere* prophetico Sir. 45, 1. — — Suspensum interdum est ἐν seq. nomine negotium indicante a verbis, adiectivis et participiis qualitatem designantibus, ut qualis appareat aliquis vel qualem se praebeat et praestet aliquis in aliqua re, intelligatur, ut ἀγαθὸς ἐν λόγοις l. ἐν τοῖς λόγοις *eximius in verbis, in consiliis suis explicandis* Jud. 11, 23. ἀνδρεῖος, δυνατός, κραταιὸς ἐν πολέμῳ, *fortis, strenuus in bello gerendo, in proelio committendo* Sap. 8, 15. Sir. 46, 5. 47, 1. ἀστεῖα ἐν τῷ εἴδει σου Jud. 11, 13. ἕξις ἱκανὴ ἐν τούτοις Sir. praef. prim. δυνατὸς ἐν γλώσσῃ, ἐν ἐπιστήμῃ Sir. 21, 7. Jud. 11, 8. εὐφυὴς ἐν τῷ νόμῳ Esr. 8, 3. ἀπηγγελκότες ἐν προφητείαις Sir. 44, 3. ἡγούμενος λαοῦ ἐν διαβουλίοις — γραμματείας *dux populi in consultationibus et in cognoscendis ac tractandis litteris nationis* Sir. 44, 4. θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου Jud. 11, 8. ἰσχυρὸς ἐν δυναστείᾳ *severus in potentia exercenda* Sir. 15, 18. νωθρὸς ἐν τοῖς ἔργοις σου Sir. 4, 29. ὀνομαστὸς ἐν δυνάμει 44, 3. ὀξὺς ἐν κρίσει Sap. 8, 11. πιστὸς ἐν ὁράσει *fide dignus in vaticiniis edendis* Sir. 48, 22. προπετὴς ἐν λόγοις 9, 10. σοφὸς ἐν λόγοις 20, 12. 26. — 9, 17. ὁ ἡγούμενος — αὐτοῦ *dux populi, qui sapientem se praestat in sermonibus suis,* ἐπαινεθήσεται. — συνετὸς ἐν λόγοις Sap. 18, 28. ταχὺς ἐν γλώσσῃ Sir. 4, 29. χρήσιμος ἐν πολλοῖς 2 Macc. 12, 12. τιμᾶν τινὰ [verecundum se praebere erga aliquem] ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ Sir. 3, 8. εὐψυχία ἐν τοῖς ἀγῶσι 2 Macc. 14, 11. πόρνος ἐν σώματι σαρκός *scortatorem se praebere in corporis illecebrosi usu* Sir. 23, 16. κραταιοῦμαι ἐν τῷ πολέμῳ τινός *contra aliquem* Jud. 1, 13. ὁμοιοῦμαι ἐν τ. ἔργοις μου 1 Macc. 3, 4. πεῖραν ἔχω ἐν πολεμικοῖς ἔργοις 2 Macc. 8, 9. σοφίζομαι ἐν ἔργοις μου Sir. 38, 30. γίνομαι ὑπεράγων 36, 31. ὠφελέω τινὰ ἔν τινι *utilem me praesto alicui in aliqua re efficienda* 2 Macc. 12, 11. (ita *in* apud Cicer. de rep. 3, 16. qui minime sunt in disserendo mali — non sunt in disputando vafri. Vellej. Paterc. 2, 25. 4. aquae salubritate in medendisque corporibus nobiles. cf. Tursell. l. l. p. 276.) — — bb) seq. dat. nominum morum honestatem vel inhonestatem, religionis et pietatis studium vel neglectum, legis divinae observationem vel violationem, rem maioris vel minoris momenti indicantium. Ita post vv. ἀγνοέω, ἁμαρτάνω, παρανομέω, σφάλλομαι, ut ἐν ταῖς ἐντολαῖς, ἐν τοῖς προστάγμασι κυρίου Sir. 6, 36. στῆθι ἐν διαθήκῃ σου *constans esto in lege divina tibi scripta observanda* 11, 18. ὁμίλει ἐν αὐτῇ. Ibid. ἐν νόμῳ ὑψίστου 36, 2. 38, 1. ὁ ὑποκρινόμενος ἐν αὐτῷ i. e. *qui simulat ei* [legis div.] *studium* 36, 2. ἐν οἴνῳ 34, 25. — de loco Sir. 9, 9. vid. no. 2. d. — — ἐν τούτοις scil. τοῖς βιβλίοις τοῦ Ἰησοῦ Sir. 50, 28. ἐν τούτοις scil. τοῖς λόγοις *in his verbis, bei diesen Worten* 2 Macc. 15, 24. — Sir. 5, 15. 8, 8. 4 Macc. 5, 19. — — ponitur ἐν c. casu suo medium inter artic. et substant., ut ἡ ἐν τῷ νόμῳ θεοῦ ἄσκησις 4 Macc. 13, 21. — — adnectitur ἐν c. casu suo nominibus praecedentibus, ut καρδία ἐν ἀγαθοῖς *animus in recte factis occupatus* Sir. 13, 25. de verbis 2 Macc. 1, 4. vid. sub διανοίγω observata. — Sir. 9, 15. ἡ διήγησίς σου ἐν νόμῳ ὑψίστου scil. ἔστω. — De Sir. 24, 21. vid. ἐργάζομαι. — — ἐν seq. nomine negotium indicante suspensum legitur a verbis qualitatem designantis, ita ut qualem se praebeat aliquis in moribus suis doceat, ut ἀναίνομαι ἐν εὐδοκίᾳ ὑψίστου i. e. *refractarius sum in agnoscenda et veneranda voluntate Altissimi* Sir. 41, 4. ἡμάρτομεν ἐν τούτοις scil. *in matrimonio cum mulieribus peregrinis ineundo* Esr. 9, 11. coll. v. 7. ἀνδρίζεσθε

ἐν τῷ νόμῳ, *fortes, strenui estote in lege patria defendenda* 1 Macc. 2, 64. — Sir. 51, 24. 2 Macc. 8, 1. — — cum negotii notione simul iungitur *causae* [Grund] remotioris cogitatio, quando causa in actione rei posita est. Cf. *Fritzsche* ep. Pauli ad Rom. I. p. 112. 141. coll. Tursellin. l. l. p. 272. Ita ἐν αὐτῷ δοξάζεσθε = *in hac re posita est gloriae causa*, 1 Macc. 2, 64. μὴ αἰσχυνθείητε ἐν αἰνέσει αὐτοῦ Sir. 51, 29. Alii ad num. I. 2. b. referunt haec verba. —

f) refertur notio localis ad *statum*, in quo versatur aliquis vel aliquid, ubi Lat. *in*, vel participio, etiam particulis *dum*, *quum*, nostrates: *in, bei*, utuntur. Cf. *Matth.* l. l. *Passow* l. l. *Win.* §. 52, 1. a. §. 47, 3. not. coll. Tursellin. l. l. p. 256. 258. Ita aa) de *statu externo*, post vv. quibus *esse*, *versari*, *manere* aliquis, vel *fieri*, *asservari* aliquid dicitur, ut ἐν ἀγαθοῖς Sir. 12, 8. ἐν ἀγῶνι θανάτου Addit. ad l. Esth 2, 25. ἐν ἀδυναμίᾳ 3 Macc. 2, 13. ἐν ἀκμῇ τῆς θλίψεως 2 Macc. 1, 7. ἐν ἀνάγκῃ Bar. 6, 37. ἐν ἀναπαύσει Sap. 4, 7. Sir. 20, 20. 40, 6. ἐν ἀξιώματι 2 Macc. 4, 34. ἐν ἀῤῥωστήματι Sir. 38, 9. ἡ κτίσις ἐν ἰδίῳ γένει Sap. 19, 6. ἐν τίνι διαθέσει καὶ βουλῇ 2 Macc. 14, 5. ἐν τῇ καλλίστῃ διαθήκῃ Addit. ad l. Esth. 6, 15. ἐν διαθήκῃ μετά τινος scil. εἶναι *foedere iunctum esse c. aliquo* Sir. 44, 20. ἐν εἰρήνῃ. v. 14. Bar. 3, 13. de Sap. 3, 3. vid. εἰρήνη. ἐν ἐκλύσει Addit. ad l. Esth. 5, 7. ἐν ἐλαττώσει βίου Sir. 34, 4. ἐν ταῖς εὐημερίαις 2 Macc. 8, 8. ἐν εὐφροσύνῃ Sir. 13, 8. 32, 9. 1 Macc. 5, 54. 3 Macc. 6, 30. ἐν ἡσυχίᾳ 1 Macc. 9, 58. quo l. epexegetice additur πεποιθότες. — ἐν θέρμῃ Sir. 38, 25. ἐν θλίψει 1 Macc. 5, 16. 2 Macc. 1, 7. ἐν θρήνοις 3 Macc. 4, 8. ἐν ἴσῳ Sap. 13, 9. ἐν κακοῖς Sir. 12, 8. 20, 9. ἐν καταπτώσει 3 Macc. 2, 14. ἐν κατασχέσει Sir. 4, 16. ἐν ταῖς μέθαις Jud. 13, 15. ἐν ἥττονι μέρει 2 Macc. 15, 15. ἐν ὀδύνῃ Sap. 4, 19. 2 Macc. 9, 9. ἐν ὀνείρῳ 4 Macc. 6, 5. ἐν αὐτοῖς τοῖς πάθεσι 4 Macc. 15, 20. ἐν πλατυσμῷ Sir. 47, 12. ἐν πλούτῳ 10, 30 bis. ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ 2 Macc. 3, 31. 7, 9. ἐν πτωχείᾳ Sir. 22, 21. 10, 30 bis. ἐν σκότει Sap. 18, 4. ἐν ταπεινώσει 3 Macc. 2, 12. ἐν ἰδίῳ τάχει Sap. 18, 14. ἐν ὑγιείᾳ Tob. 8, 17. ἐν ὑπεροχῇ 2 Macc. 3, 11. ἐν ὕπνοις Sir. 40, 6. ἐν πάσῃ χρείᾳ Sir. 42, 23. ἐν ᾧ κλυδώνι 1 Macc. 6, 11. (Xen. Cyr. 1, 6. 20. An. 2, 5. 38.). Formulae notandae: παρατίθεμαί τινι τινὰ ἐν παρακαταθήκῃ i. e. ὥστε εἶναι αὐτὴν παρακαταθήκην Tob. 10, 13. διδόναι τινά τινι ἐν δωρεᾷ i. e. ὥστε εἶναι αὐτὸν δωρεὰν 2 Macc. 4, 30. δίδωμί τι it. συγκλείω τινὰ ἐν χειρί τινος trado aliquid s. aliquem *in manus alicuius* i. e. vel *in potestatem alicuius* 1 Macc. 2, 7 bis. 1 Macc. 3, 18. 4, 31. — ita סִגַּר נָתַן seq. בְּיַד פ׳ 1 Sam. 17, 46. 24, 19. ἀφίημι τινὰ ἐν χειρί τινος permitto aliquem *potestati alicuius*, ut ἐν χειρὶ διαβουλίου i. e. potestati *arbitrii sui* = *facio aliquem iuris sui, liberum esse volo aliquem* Sir. 15, 14. — εἰμὶ ἐν χειρί τινος metaph. *tum in potestate alicuius* i. e. *pendeo ab aliquo*, ut lutum a figulo Sir. 36, 13. fiducia in aliquo posita 38, 13. ratione habita Dei Sap. 7, 16. Sir. 10, 4. 5. 36, 13. — vel: *sum in tutela alicuius* Sap. 3, 1. — ita בְּיַד Ps. 31, 6. — — post adiectiva, quibus indicatur, qualis appareat aliquis in conditione substantivo vel alio nomine significata, ut ἱκανὸς ἐν τοῖς ἔτεσι 1 Macc. 16, 3. θαυμαστὸς ἐν ἰσχύϊ Jud. 16, 13. χαριεὶς ἐν παντί 4 Macc. 8, 3. — — cum conditionis cogitatione simul copulatur *causae* [Grund] remotioris notio [vid. paulo ante observata], ubi Lat. *in*, etiam *prae*, *per*, nostrates: *wegen* causae quippe magis, quam status notionem tenentes Sir. 3, 13. μὴ ἀτιμάσῃ. — ἐν τῇ ἰσχύϊ σου i. e. ὅτι εἶ ἐν ἰσχύϊ v. 22. ἐν τοῖς — σου [= *quum tanta sit officiorum tuorum copia*] — μὴ περιεργάζου. Sir. 8, 6. Jud. 7, 25. quibus adde locos ad num. qui sequitur bb pertinentes. Addit. ad l. Esth. 3, 5 ter et v. 7. — praecedente artic. et suppresso ὤν, ut οἱ ἐν ἡλικίᾳ 2 Macc. 5, 24. — — bb) seq. dativo nominis, statum *internum* i. e. sensus bonos aut malos, consilia recta aut prava, quibus regitur aliquis, indicantis, ut ἐν ἀγάπῃ Sap. 3, 9. ἐν αἰσθήσει Jud. 16, 17. ἐν ἀνδρείᾳ 1 Macc. 9, 10. γίνομαι ἐν ἐπιθυμίᾳ τινός Hist. Sus. v. 8. 39. ἐν ἔχθρᾳ Esr. 5, 50. ἐν θαυμασμῷ τῆς καρτερίας 4 Macc. 6, 13. ἐν θυμῷ Sir. 45, 18. Tob. 1, 16. 18. 3 Macc. 2, 17. ἐν τ. κακίᾳ ἡμῶν Sap. 4, 13. ἐν λήθῃ Sir. 14, 7. ἐν λύπῃ Tob. 2, 5. ἐν μερίμνῃ Sir. 38, 19. ἐν πένθει Sir. 22, 6. 1 Macc. 1, 37. 3, 51. ἐν πικρίᾳ ψυχῆς Sir. 4, 6. 7, 11. ἐν πίστει 3 Macc. 6, 25. ἐν τῇ πλάνῃ Tob. 5, 3. ἐστηριγμένος ἐν συνέσει Sir. 5, 10. ἐν ὑποψίᾳ 2 Macc. 4, 34. — — ἐν c. nomine suo ita suspensum est a substantivo praecedente, ut circumscribat adiectivum nomini suo cognatum [cf. *Win.* §. 55, 1. d.] ut ψυχὴ ἐν στενοῖς i. e. ψυχὴ στενὴ vel στενάζουσα.

g) ita refertur ad locum, ut respondeat Lat. *coram*, *praesente aliquo*, *in conspectu alicuius*, nostratum: *vor*. Cf. *Matth.* §. 577. *Ast* ad Plat. legg. p. 285. *Win.* §. 52 coll. §. 31. aa) univ., ἐν φίλῳ καὶ ἐν ἐχθρῷ μὴ διηγοῦ scil. fidei tuae concredita Sir. 19, 8. ἐν ἡμῖν Jud. 6, 2. (Pol. 17, 6. 1. 5, 39. 6. Eur. Androm. v. 360. Hom. Od. 2, 194. Plat. legg. 9. p. 879. B. ἐν ὑμῖν Dem. 764, 15.) — bb) formulae notandae: ἐν ὀφθαλμοῖς, *coram*, *in conspectu*, *vor Augen* Sir. 30, 20. (Hom. Il. 1, 587. Soph. Antig. v. 764. Lucian. Phalar. 1, 5.) — addito genit. pers. *in conspectu alicuius*, ita in formula ab Hebraeorum dicendi consuetudine repetenda: εὑρίσκω χάριν ἐν. ὀφθαλμοῖς τινος, i. e. *gratiam ineo apud aliquem*, *benigne excipior et tractor ab aliquo* Sir. 45, 1. — 1 Macc. 2, 23. (Diod. Sic. 14, 52.) — Addit. ad l. Esth. 3, 11. θάνατος αὐτῶν ἐν ὀφθ. αὐτῶν scil. ἦν trop. *proxime instantem habebant mortem*. — metaph. et ex eadem Hebraeorum dicendi ratione: *iudice aliquo*, *in der Vorstellung Jemandes, nach dem Urtheile Jem.* Sap. 3, 2. 9, 9. Sir. 8, 16. 10, 20. 11, 19. Jud. 3, 5. 12, 14. 1 Macc. 1, 12. — pro בְּעֵינֵי פ׳ 2 Sam. 18, 14. Ps. 118, 22. — ἐν ὄψει τινός, *coram aliquo*. Sap. 14, 17. οὓς — δυνάμενοι, *quos tanquam praesentes honorare non poterant*. — metaph. pro: *iudicio alicuius* Sap. 3, 4. — ἐν προσώπῳ τινός, *in conspectu alicuius*, *coram aliquo* Sir. 32, 4. ἔχω τινὰ ἐ. π., *coram habeo aliquem*, trop. de personis familiariter aliquo utentibus 2 Macc. 14, 24. — ἐν ὠσίν τινος, ex Hebraeorum dicendi consuetudine et ex verbositate sub ἄγγελος notata pro: *coram auribus alicuius, audiente aliquo* Bar. 1, 3 bis. v. 4 bis. — ita pro בְּאָזְנֵי פ׳ Judic. 17, 2. 2 Regg. 23, 2. Nah. 13, 1.

h) legitur ἐν c. *genit. loci*, pendente a nomine omisso, ut δόμος, οἶκος, ita ἐν ᾅδου, *in orci* scil. aedibus = *in orco* Sir. 14, 16. 17, 22. 41, 4. Cf. de hac formula elliptica *Kön.* ad Greg. Cor. p. 446 ed. *Schäf. Vig.* p. 590. *Fischer* l. l. p. 158. *Buttm.* §. 119. not. 19. *Matth.* §. 578. §. 381. *Rost* §. 109, not. 18. —

i) e confusione duarum locutionum vel e breviloquentia [vid. εἰς no. IV.] copulatur c. verbis motum indicantibus, ut πορεύομαι Tob. 5, 5. 9. ῥίπτω Bar. 6, 71. Tob. 2, 3. φεύγω 1 Macc. 10, 43. — post vv. *dissipandi*, ut διασπείρω, σκορπίζω Tob. 3, 4. 13, 3. 4. 14, 4. — ita pro הֵפִיץ seq. בְּ Ezech. 12, 15. 22, 15. — post δίδωμι Sir. 27, 23. Vid. δίδωμι no. 5. — καταδικάζω τινὰ ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς i. e. ὥστε εἶναι αὐτὸν ἐ. τ. κ. τ. γ. Preces Man. v. 14. — ἡ ἐν αὐτοῖς φιλοστοργία 4 Macc. 15, 6.

2) de *tempore*, quo est, fit, factum s. futurum est aliquid, ubi Lat. a) *intra*, nostrates: *innerhalb, binnen* cf. *Vig*. p. 606. *Ast* ad Theophr. char. p. 112. *Passow* l. l. *Matth*. l. l. *Win*. §. 52, a. Ita ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις Jud. 8, 15. ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις 4 Macc. 13, 19. ὅσοι ἂν μὴ ἀπαντήσωσιν ἐν δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις Esr. 9, 4. ἐν αὐταῖς scil. ἡμέραις Jud. 8, 11. ἐν αἷς *intra quos* 7, 30. — pro ב Jes. 16, 14. cf. *Ewald* l. l. p. 606, not. 4. (Diod. Sic. 20, 88. Theophr. char. c. 10. Xen. Ages. 1, 34.)

11) de *norma* = *secundum, nach* Esr. 5, 4. Vid. tamen supra sub III. C. 6. et II. C. 3. monita. —

IV) in compositione: 1) motum indicat, ubi nos: *auf, darauf, über, gegen*, ut ἐπάγω, ἐπιβάλλω, ἐπιβουλή, ἐπέρχομαι — 2) mansionem in loco indicat, in quibus nos: *auf, über, in, an*, ut ἐπέχω, ἐπαναπαύομαι, ἐπιδημέω — 3) pertinet ad causam, ut ἐπερωτάω, ἐπιθανάτως — 4) intendit vim verbi simplicis, ut ἐπακούω, ἐπιγινώσκω — 5) successionem indicat, ut ἔπειμι, ἐπιτάσσω — 6) accessionem significat, ubi Lat. *insuper*, ut ἐπαιτέω, ἐπειςαγωγή, ἐπισυνάγω — 7) ad repetitionem pertinet, ut ἐπαναμιμνήσκω, ἐπανόρθωσις. Cf. *Vig.* p. 628. *Fischer* ad Well. 3. b. p. 246. *Passow* sub ἐπί in fine. —

'Επιβάθρα, ας, ἡ (ἐπί, βάθρα) *scalae*, τινός *ad aliquid* [cf. de gen. obiecti sub ἀγαλλίαμα], ut πόλεως εὐσεβείας i. e. *via, qua pervenitur ad civitatem pios Dei cultores manentem* 3 Macc. 2, 31. —

'Επιβαίνω, f. βήσομαι, a. 2. ἐπέβην (ἐπί, βαίνω, gradior) 1) *pedibus incedo* i. e. vel *ich schreite einher*, abs. Sir. 51, 15. — sq. ἐπί c. acc. rei, ut ἐπὶ δύο τρίβους Sir. 2, 12. quo l. homo sibi non constans, adeoque nunc hanc, nunc illam agendi rationem sequens homini comparatur nunc illam, nunc hanc viam ingredienti. — vel: *pedibus calco*, ut τρίβους Bar. 4, 13. οὐδὲ τρίβους παιδείας — ἐπέβησαν quo l. παιδεία sistitur persona viam pietatis monstrans. (λειμῶνα Soph. Aiac. v. 144.) — τραχήλους τινός, *cervicem alicuius pedibus calco, Jemandem auf den Nacken treten*, ita ex more Orientalium [cf. Jos. 10, 24.] cervici hostium pedes imponendi Bar. 4, 25. (τὸν αὐχένα τινός Ael. V. H.

10, 22.) — 2) *adscendo*, *ich steige hinauf*, *ich besteige* a) propr. seq. ἐπί c. accus. loci Sir. 46, 9. — Sap. 14, 4. quo l. ad verba: ἵνα — ἐπιβῇ e v. 1. cogitando repete: πλοῖον vel ἐπὶ τὸ πλοῖον. (Xen. h. gr. 3, 4. 1. Thuc. 1, 111.) — b) trop. Sir. 9, 2. ad quem l. cf. sub ἐπί no. III. in fin. adnotata. —

'Επιβάλλω, f. βαλῶ (ἐπί — βάλλω, iacio) 1) transit. *iniicio*, τὰς χεῖράς τινι, ita de personis vim alicui inferentibus. Addit. ad l. Esth. 1, 14. — ita pro שלח יד Gen. 22, 12. (Lucian. Timon. §. 4.) — de personis manu data pollicentibus aliquid 3 Esr. 9, 20. pro נתן יד Esr. 10, 19. — de bonis, quae desuper vel coelitus contingunt alicui, τινί τι 3 Macc. 5, 11. — de malis desuper vel coelo immissis alicui, ita φόβον ἐπί τινα Sir. 33, 2. — de mulcta, tributo, vectigalibus alicui impositis, ubi Lat. *impono, irrogo*, nostrates: *auflegen*, τινί τι 3 Esr. 8, 2. (ζημίαν Ael. V. H. 3, 10. Plut. vit. Ages. c. 34. Dem. 572, 19.) — Medium: ἐπιβάλλομαι, *me iniicio* i. e. *irruo*, ὁ ἐπιβαλλόμενος i. e. *qui paratus est ad irruendum* 3 Macc. 1, 16. Cf. de praesenti quatenus de conatu usurpatur, sub ἐκλείπω monita. — — 2) intransit. [vid. ἄγω no. 3.] a) *irruo*, *irrumpo*, *ich werfe mich auf etwas, falle über etwas her*, ut τοῖς κτήνεσι Jud. 11, 12. — sq. ἐπί τινα vel ἐπί τι. *Jemanden* od. *Etwas überfallen* 1 Macc. 4, 2. 2 Macc. 13, 15. — τινί 12, 9. 15, 1. (Diod. Sic. 11, 8. 18, 14.) — b) *incido*, de personis, quae iter facientes incidunt in locum aliquem, seq. ἐπί c. acc. loci 5 Macc. 12, 38. — De praepos. ἐπί repetitione post vv. c. ἐπί composita vid. *Win.* §. 56, 4. 7. — (seq. dat. loci Diod. Sic. 1, 30.) — de rebus in idem tempus congruentibus, ubi nos: *einfallen*, Lat. *incido* 2 Macc. 12, 38. (ita *incido* Cicer. Orat. c. 12. Pison. c. 4.) — c) impers. ἐπιβάλλει μοι [propr. es fällt mir zu] *pertinet ad me, es gebührt* od. *gehört mir, es kommt mir zu*, addito nominativo rei Tob. 6, 11. (Dem. 317, 1.) — sq. infin. aor. Tob. 3, 11. 1 Macc. 10, 30. — particip. praesentis ἐπιβάλλων, ουσα, ον, *pertinens, auf etwas kommend*, πρός τι 2 Macc. 9, 16.

'Επίβασις, εως, ἡ (ἐπιβαίνω, quod vid.; adscensus Diod. Sic. 1, 30.) *incessus, das Auftreten* Sap. 15, 15. — de avibus = *Aufflug* Sap. 5, 5.

'Επιβάτης, ου, ὁ (ἐπιβαίνω, adscendo; vector i. e. qui nave vehit vel iter facturus vel e nave pugnaturus Hdot. 6, 12. 9, 32. Diod. Sic. 2, 18.) *eques, equo vehens* 2 Macc. 3, 25. — Ita pro רכב 2 Regg. 9, 17. 18. 19. —

'Επιβιόω, ῶ f. ώσω (ἐπί, βιόω, vivo; super vivo, supersum Dem. 1033, 15.) *ultra* l. *ulterius vivo*, seq. accus. temporis durationem [vid. ἡμέρα] indicante, ut ὀλίγον χρόνον 4 Macc. 6, 20.

'Επιβλέπω, f. ψω (ἐπί, βλέπω) 1) *oculos converto aliquo, specto, intueor, ich sehe nach etwas hin* oder *ich schaue auf etwas*, a) univ. sq. ἐπί c. accus. rei, ut ἐπὶ τὴν τράπεζαν Histor. bel. et drac. v. 18. (Dio Orat. IV. p. 171.) — sq. dat. directionis latentis in praepos. ἐπί, ita Addit. ad l. Esth. 3, 8. ἐπιβλέπουσιν ἡμῖν εἰς καταφθοράν, *oculos in nos convertunt, ut nos perdant* i. e. *animo enim quae volvunt, ad interitum nostrum spectant*. Referuntur autem h. l. quae quis animo et mente volvit, ad oculos, quippe quod, quo fert animus, eo dirigi vultus solet. — b) de personis e loco editiori vel desuper spectantibus aliquo, *herabsehen auf etwas*, ita de Deo coelitus spectante, sq. εἰς c. accus. rei Sir. 16, 17. 27. 39, 20. — sq. κατά c. acc. rei Sir. 47, 16. — sq. accus. simplici, pendente a praepos. ἐπί cum verbo coniuncta, ut ἀβύσσους Prec. Manass. v. 31. — ex antiquitatis simplicitate sub verbo εἰςεῖδον adnotata nunc praeponitur, nunc postponitur verbis ac formulis, quibus opem ferre, auxilio suo adesse vel benignum se alicui praestare dicitur Deus = *gnädig auf Jemanden* oder *auf Etwas herabsehen*, ut ἐλέησον ἡμᾶς καὶ ἐπίβλεψον Sir. 33, 1. — ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπέβλεψαν αὐτῷ εἰς ἀγαθά Sir. 11, 12. — sq. ἐπί τινα Tob. 3, 3. v. 15. ἐπίταξον — ἐλεῆσαί με *iube, ut benigne — mei misereatur aliquis ministrorum* vel *angelorum tuorum*. — sq. ἐπί τι, ut ἐπὶ τὸ ἔργον τινός = *conatibus alicuius faveo* l. *prospero successu opus alicuius corono* Jud. 13, 4. — ἐπὶ τὸ πρόςωπόν τινος Jud. 6, 19. quo l. ad faciem, animi quippe et conditionem et sensa indicantem et manifestantem referuntur, quae pertinent ad hominem ipsum, sic, ut τὸ πρόςωπον respondeat nostratium: *der auf dem Gesicht sich ablagernde Kummer*. — Ita pro הִבִּיט sq. מִפְּנֵי Ps. 84, 10.

2) *oculis cerno, video*, ita a) de Deo, qui de coelo despiciens videre dicitur πάσας ὁδοὺς ἀνθρώπων Sir. 23, 19. — b) ad normam hebraici רָאָה, הִבִּיט seq. בְּ [propr. oculis inhaereo alicui rei] pro: *cum voluptate video aliquid, delector adspectu rei alicuius*, sq. acc., ut πτῶσιν Sir. 11, 28. — ἐπιδεῖν seq. nunc τινά, nunc ἔν τινι, nunc ἐπί τινα pro רָאָה sq. בְּ Ps. 22, 18. 54, 9. 112, 8. הִבִּיט sq. בְּ Ps. 92, 12.

'Επιβοάω, ῶ f. ήσω (ἐπί, βοάω, clamo) 1) *acclamo, laut zurufen*, seq. orat. directa 4 Macc. 6, 16. (τινί Thuc. 5, 65.) — 2) Medium ἐπιβοάομαι i. q. ἐπικαλέομαι, sed fortius: *mihi advoco, in auxilium mihi voco* [Hdot. 9, 23.] de hominibus paganis idolorum auxilium implorantibus seq. accus. Sap. 14, 1. (ita ἐπικαλεῖσθαι θεούς Xen. Cyr. 7, 1. 35.)

'Επιβοηθέω, ῶ f. ήσω (ἐπί, βοηθέω) *in auxilium venio*, τινί 1 Macc. 7, 7. 2 Macc. 11, 7. 13, 10. (Diod. Sic. 12, 24. Xen. An. 6, 5. 9.)

'Επιβολή, ῆς, ἡ (ἐπιβάλλω iniicio; iniectio) 1) *impositio* [ut ἱματίων καὶ σινδόνων Thuc. 2, 49.] ita de impositione tributi = *indictio, Steuerauflegung, Abgabeneinforderung*. Esr. 8, 22. ubi text. vulgar. ἐπιβουλή. — 2) *das, worauf sich Jemand wirft* i. e. *inceptum, Vorhaben, Anschlag* [Diod. Sic. 1, 3 bis et 4. 4, 54.] sensu malo: *inceptum hostile*, ita text. vulg. pro ἐπιβουλή 4 Macc. 4, 13. vid. *Apel* ad h. l.

'Επιβουλεύω, f. εύσω (ἐπί, βουλεύω) *consilium agito adversus aliquem*, τινί Addit. ad libr. Esth. 6, 18. (Ael. V. H. 6, 8. Lucian. dial. mort. 4, 4. Isocr. Paneg. c. 19. Xen. An. 2, 5. 15.)

'Επιβουλή, ῆς, ἡ (ἐπί, βουλή) 1) *consilium* [Thuc. 4,76.] *contra aliquem, Anschlag gegen Jem.* 2 Macc. 5, 7. 8, 7. 3 Macc. 1, 3. 6. et in codd. 4 Macc. 4, 13. (Isocr. Paneg. c. 40. Dem. 154, 10. Xen. An. 5, 6. 20.) — 2) confunditur c. ἐπιβολή *impositio* sc. tributi Esr. 8, 22. vid. *Apel* ad h. l.

'Επίβουλος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπιβουλή) *consilia agitans contra aliquem, insidiosus*, absol. 3 Macc. 4, 10. 6, 12. 7, 5. (Xen. Mem. 3, 1. 6.) — sq. genit. obiecti = *contra aliquid*, ut τῆς βασιλείας, τῶν πραγμάτων 2 Macc. 3, 38. 4, 2. 14, 26. — τῶν πολιτῶν 2 Macc. 4, 50.

'Επιγαμβρεύω, f. σω (ἐπί, γαμβρεύω) *insuper affinitatem per nuptias ineo, ich verschwägere mich*, τινί c. aliquo, ita de genero 1 Macc. 10, 54. de socero v. 56. Vide, quae habent de vocab. γαμβρός dici solito tum de genero, tum de socero = πενθερῷ *Erf.* ad Soph. OR. v. 70. *Valken.* ad Eur. Phoen. v. 431.

'Επιγελάω, ῶ f. άσω (ἐπί, γελάω rideo; arrideo, simul rideo Xen. Cyr. 2, 2. 21.) *derideo, irrideo, Jem. auslachen, über Jem. lachen* Tob. 2, 8. τινί τι *aliquem ob aliquid*, ita text. vulg. 4 Macc. 5, 26. ubi in codd. ἐγγελάω vid. *Apel.* (Lucian. dial. mort. 2, 2. dial. deor. 17, 2.)

'Επιγίνομαι, [attic. ἐπιγίγνομαι] f. γενήσομαι (ἐπί ad accessionem pertinens, γίνομαι) *oborior postea, postea nascor*, οἱ ἐπιγινόμενοι = *posteri* Bar. 6, 47. 3 Macc. 2, 5. (Pol. 1, 546. Thuc. 3, 74.)

'Επιγινώσκω, [attic. ἐπιγιγνώσκω] f. ἐπιγνώσομαι, a. 2. ἐπέγνων, p. p. ἐπέγνωσμαι, a. 1. p. ἐπεγνώσθην, f. 1. p. ἐπιγνωσθήσομαι (ἐπί, γινώσκω) 1) *accurate et plane cognosco, genau kennen lernen, genau erkennen*, sq. acc. *person.* Sap. 12, 27. 13, 1. Sir. 19, 24. de h. l. futuro vid. sub ἀγαλλιάω in fine monita. — Sir. 33, 5. Tob. 5, 13. Jud. 8, 20. 5, 8. quo l. per attr. ᾧ [vid. ὅς, ἥ, ὅ] pro ὅν. — 1 Macc. 3, 42. — addito accus. particip. [de quo vid. sub ἀκούω observata] Sir. 37, 12. Xen. Cyr. 8, 1. 33. addito ἀπό τινος [vid. ἀπό] Sir. 19, 26 bis. — seq. accus. *rei* Sir. 15, 19. — 18, 11. de h. l. attract. in verbis ἐπέγνω τὴν καταστροφὴν — ὅτι πονηρά vid. sub εἶδον ad 1 Macc. 13, 2. adnotata. — Tob. 5, 11. 13. Jud. 8, 13. 14. Hist. Sus. v. 48. 2 Macc. 3, 28. — 4 Macc. 2, 9. de h. l. τοῦτο praeparante verba sequentia vid. sub οὗτος notata. — Sir. 12, 12. ἐπιγνώσῃ τοὺς λόγους μου pro: *experientia cognosces verba mea* i. e. *vera esse verba mea.* — sq. ὅτι Sir. 23, 27. 33, 5. Esr. 5, 67. 1 Macc. 5, 34. — sq. orat. indirecta Esr. 5, 66. — *comperiendi* sensu sq. acc. *rei* 1 Macc. 6, 17. — sq. acc. pers. c. partic. [de quo vid. εἶδον] 2 Macc. 15, 28. — sq. ὅτι Tob. 1, 19. 1 Macc. 9, 70. 12, 50. 13, 14. 16, 22. 2 Macc. 4, 33. — seq. orat. indir. Tob. 5, 9. 2 Macc. 11, 37. vid. de horum l. indicat. in orat. indir. sub ἀπαγγέλλω notata. — aor. 2. ἐπέγνων *cognovi, novi*, sq. acc. *rei* Sir. 25, 4. Jud. 11, 16. — sq. ὅτι Sir. 9, 13. — sq. orat. indir. Sir. 27, 27. de h. l. indic. ἥκει vid. ἀκούω. *investigandi, perscrutandi* sensu sq. acc. *rei* Addit. ad l. Esth. 1, 12. — sensu forensi: *cognosco* = *untersuchen* 2 Macc. 14, 9. — 2) *agnosco, anerkennen*, τινὰ ἔν τινι *an einer Sache erkennen, dass Jem. der ist, für den er gelten will* Sir. 44, 23. — praeced. ἰδών Jud. 14, 5. — seq. duplic. accus. uno obiecti altero praedicati 4 Macc. 15, 24. vid. ad h. l. sub γινώσκω in fine notata et de lect. vulg. ἔγνω ibid.

'Επιγλύφω, f. ψω (ἐπί, γλύφω) *insculpo* 1 Macc. 13, 29.

'Επίγνωσις, εως, ἡ (ἐπιγινώσκω) *plena et accurata cognitio*, ποιεῖν ἐ. *facere ut plane et accurate cognoscat aliquis* Jud. 9, 14. εἰς ἐ. ἔρχεσθαι 2 Macc. 9, 11. (Hdian. 7, 6. 15. Pol. 3, 7. 6.)

'Επιδεής, οῦς, ὁ, ἡ — ές, τό (ἐπιδέομαι) *indigens* Sir. 4, 1. quo l. ad oculum, animi quippe sensa prodentem vel indicantem refertur, quod pertinet ad hominem ipsum. — 34, 4. (τινός Plat. in Tim. p. 47. D. Xen. Cyr. 8, 7. 12.)

'Επιδείκνυμι, f. δείξω (ἐπί, δείκνυμι) *ostendo* i. e. a) *spectandum praebeo, zeigen, zur Schau stellen* [τί Xen. Mem. 3, 10. 9. An. 1, 2. 14.], med. ἐπιδείκνυμαι, *curo ut spectandum aliquid praebeatur* [de qua medii vi vid. ἐξαιρέω], seq. acc. rei 2 Macc. 15, 32. — b) metaph. *demonstro*, ita aa) de personis, quae *verbis* demonstrant aliquid, ubi Lat. vel: *narro, declaro*, seq. dat. pers. et acc. c. inf. Addit. ad l. Esth. 2, 4. — vel: *probo* i. e. *argumentis demonstro, beweisen, darthun*, seq. dat. pers. et ὅτι 4 Macc. 1, 7. — τί 14, 18. — sq. acc. c. inf. 4 Macc. 6, 35. — med. *mea* opera, *meo* exemplo demonstro, sq. acc. rei 4 Macc. 1, 1. — sq. ὅτι 1, 9. — bb) *factis demonstro, specimen* vel *documentum do*, ita medium ἐπιδείκνυμαι, seq. acc. rei, ut τὴν καρτερίαν i. e. *constantiae meae* 4 Macc. 11, 12. — Bar. 6, 59. τὴν ἑαυτοῦ ἀνδρείαν. De h. l. ἑαυτόν iuncto c. medio vid. *Win.* §. 39, 6. *Bornem.* ad Xen. Anab. p. 76 sq. — Sir. 50, 21. ἐν προςκυνήσει τὴν εὐλογίαν πάρὰ ὑψίστου *prosternendo me in terram doceo agi de bonis ab Altissimo apprecandis.* — 4 Macc. 11, 12. (Diod. Sic. 13, 27. 15, 65. Jos. Ant. 10, 4. 1. Xen. An. 4, 6. 15. Cyr. 4, 5. 23.) — seq. dat. pers. et ὅτι Jud. 8, 24. — de loco 3 Macc. 6, 26. vid. ἐπιδέχομαι.

'Επιδέομαι, f. ήσομαι (ἐπί, δέομαι egeo; amplius indigeo Xen. Conv. 8, 16.) *indigeo* i. q. δέομαι sed fortius, ὁ ἐπιδεόμενος, *qui indiget, egenus* Sir. 31, 21. 41, 2. (Plut. placit. Philos. II. Mor. V. p. 257. ed. *Tauchn.*)

'Επιδέχομαι, f. δέξομαι, verb. dep. c. perf. pass. significationem activam habente [vid. ἐντέλλομαι — ἐπί, δέχομαι] *accipio* i. e. a) *non repudio, non recuso*, ut ἄῤῥενα *marem in matrimonium mihi oblatum* Sir. 36, 26. Cf. de more Hebraeorum quo patres filiis in matrimonium offerre solebant feminam *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Ehe.* — τροφήν cibum, ita de personis viribus ad cibum capiendum fruentibus Sir. 41, 1. — παιδείαν *disciplinam non repudio* i. e. *admitto monita* disciplinae 51, 26. τοὺς λόγους 1 Macc. 10, 46. (Pol. 6, 24. 4.) — b) *apud me accipio, recipio, ich nehme bei mir auf*, τινά 1 Macc. 10, 1. 12, 8. 43. 14, 23. (Pol. 22, 1. 3.) — abest accus. rei, e contextu cognoscendus, ut τὴν εἰρήνην 1 Macc. 6, 60. — c) *suscipio, ich nehme auf mich, ich übernehme etwas*, seq. acc. nominis, munus, opus, malum indicantis 1 Macc. 9, 31. 2 Macc. 2, 26. — 7, 29. 3 Macc. 6, 26. — sq. infin., ut πείσειν τὸν υἱόν 2 Macc. 7, 26. — 1 Macc. 14, 47. in codd. 1, 63. — elliptice i. e. ita ut sit i. q. ἐπιδέχομαι ποιεῖν sq. κατά τι i. e. *polliceor agere secundum aliquid*, ita de consentientibus Esr. 9, 14. 1 Macc. 1, 42.

'Επιδέω, f. ήσω (ἐπί, δέω, δεῖ) *egeo*, τινός [de quo gen. vid. sub ἀπορέω monita] Sir. 30, 40. de h. l. lect. vid. *Bretschn.*, *Augusti*, *Apel.*

'Επίδηλος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, δῆλος manifestus) *insignis*, *praecipuus*, iunct. c. φανερός 2 Macc. 15, 35. (Xen. Oec. 2, 10.)

'Επιδίδωμι, f. δώσω impf. ἐπεδίδουν [2 Macc. 5, 16. de qua forma frequenti ap. Graecos cf. *Buttm.* §. 95. b. I. not. 18. gr. max. §. 107, not. 13. ἐπί, δίδωμι do; insuper do Xen. Cyr. 8, 5. 19.) *trado* a) de rebus, quae porrigendo, largiendo traduntur alicui, τί τινι 2 Macc. 11, 15. (Diod. Sic. 14, 47.) — τί 2 Macc. 11, 17. adiuncta distribuendi notione 5, 16. (Hdian. 7, 6. 17.) — b) ad normam hebr. נָתַן לֵב, ἐπιδίδωμι καρδίαν vel τὴν καρδίαν, it. τὴν ψυχήν, τὸν νοῦν [sein Inneres einer Sache hingeben] *animum adverto* vel *applico rei*, *seinen Sinn auf etwas richten*, seq. infinit. finali, ita inf. aor. Sir. 38, 30. 39, 5. — seq. εἴς τι Esr. 9, 41. — sq. ἔν τινι = *inhaerendo rei*, Sir. 39, 1. quo l. iungitur c. verbo διανοοῦμαι. Cf. de hac formula sub δίδωμι no. 2. e. notata.

'Επιδόξως, adv. (ἐπίδοξος is de quo speratur aliquid Plut. Ages. c. 25. verosimilis Hdot. 4, 11. et ap. Graecos seriores illustris, gloriosus Zosim. hist. 1, 55. cf. *Lob.* ad Phryn. p. 132 sq.) *modo maiestatem referente, würdevoll* Esr. 9, 45.

Ἐπιείκεια, ας, ἡ (ἐπιεικής quod vid.) *aequitas, humanitas, lenitas, Milde, Sanftmuth* Sap. 2, 19. 3 Macc. 3, 15. 7, 6. (Hdian. 4, 3. 4. Isocr. Paneg. c. 16. Dem. 919, 4.) — de Deo 2 Macc. 10, 4. — Sap. 12, 18. Bar. 2, 27. Orat. Azar. v. 18. 2 Macc. 2, 22. in quibus l. si iungitur c. nom. eiusdem fere vel cognatae significationis vid. sub ἀγαλλίαμα notata.

Ἐπιεικής, έος, οῦς, ὁ, ἡ — ές, τό (ἐπί, εἰκός decens) *facile cedens, lenis*, comparat. ἐπιεικέστερος Addit. ad l. Esth. 6, 8. (Ael. V. H. 13, 2. Xen. h. g. 1, 1. 21.)

Ἐπιεικῶς, adv. (ἐπιεικής) *leniter, humaniter* 2 Macc. 9, 27. comparat. ἐπιεικέστερον *lenius*. Addit. ad libr. Esth. 2, 2. Cf. de adverbiorum comparativis in ον desinentibus *Bornem.* schol. p. 93. *Schäf.* appar. Dem. II. 688. *Elmsl.* ad Eurip. Heracl. p. 544. *Buttm.* §. 102, 5. gram. max. §. 115. b. et de comparativo sine comparatione sub ἐκτρέφω monita.

Ἐπιζάω, ῶ f. ήσω (ἐπί, ζάω) *vivo per temporis spatium aliquod, ich lebe während einer gewissen Zeit* = ζάω ἐπὶ χρόνον τινά, ut τὸν τῆς εὐτεχνίας βίον 4 Macc. 18, 9. — ita LXX pro חָיָה Gen. 47, 28.

Ἐπιζεύγνυμι, f. ζεύξω (ἐπί, ζεύγνυμι iungo; ligando iungo Xen. An. 1, 2. 5.) *adiungo, adnecto, beifügen*, τί τινι 2 Macc. 2, 32. (seq. particip. Diod. Sic. 12, 20.)

Ἐπιζητέω, ῶ f. ήσω (ἐπί, ζητέω) *studiose quaero, requiro* a) seq. acc. rei, ut βοήθειαν Sir. 40, 26. quo l. ἐν αὐτῷ = ἐν φόβῳ κυρίου i. e. *in statu hominis Dominum reverentis*, ubi nos: *bei ihr* scil. *der Furcht des Herrn.* — εἰρήνην παρά τινος *pacem peto ab aliquo* 1 Macc. 7, 13. (Diod. Sic. 17, 101.) — b) τινά [Hdian. 5, 8. 10. Dem. 271, 16.] θεόν ex Hebraeorum loquendi consuetudine [vid. ζητέω], *Dei auxilium imploro* Esr. 8, 52. — ita ζητέω pro בִּקֵּשׁ Deut. 4, 29. Jes. 65, 1. —

Ἐπίθεσις, εως, ἡ (impositio, ab ἐπιτίθημι) *impetus, invasio, Angriff, feindseliges Unternehmen* 2 Macc. 4, 41. 5, 5. 14, 15. (Diod. Sic. 16, 50. Xen. An. 4, 4. 22. 7, 4. 22.) —

Ἐπιθεωρέω, ῶ f. ήσω (ἐπί, θεωρέω specto, contemplor) *insuper contemplor, insuper considero, ferner erwägen* 4 Macc. 1, 30.

Ἐπιθυμέω, ῶ f. ήσω (ἐπί, θυμός) *cupio, concupisco, ich richte meine Begierde auf etwas, ich habe ein Verlangen nach etwas, begehre*, a) sq. genit. *rei* [cf. *Matth.* §. 350. *Buttm.* §. 119. *Rost* §. 109, 4. c. *Win.* §. 30, 10.] Sap. 6, 11. 1 Macc. 4, 17. 11, 11. 4 Macc. 1, 34. (Xen. Mem. 2, 6. 3. Hier. 4, 2.) — absol. 4 Macc. 2, 6. — b) sq. gen. *pers.* Sir. 24, 18. quo l. σοφία inducitur persona. (Xen. An. 4, 1. 14.) — c) apud Graecos serioris aevi [cf. *Rost* l. l. not. 3. *Win.* l. l.] seq. *accus.* nunc rei, ut Sap. 16, 3. Sir. 1, 23. 16, 1. 40, 22. de h. l. fut. vid. sub ἀγαλλιάω monita. — ita LXX Exod. 20, 17. Deut. 5, 20. — nunc person. Jud. 16, 22. 4 Macc. 2, 5. —

Ἐπιθύμημα, τος, τό (ἐπιθυμέω) *res expetita, res desiderata, Gegenstand des Verlangens* [Xen. Hier. 1, 23. 4, 2.] ex adiunct. *deliciae* Sir. 1, 15. ἐ. ὀφθαλμῶν *res cuius adspectus oculos delectat* מַחְמַד עֵינַיִם 1 Regg. 20, 6. Ezech. 24, 16. 21. 25.

Ἐπιθυμητός, ή, όν, adiect. verbal. [verbi ἐπιθυμέω] *id quod cupi potest, desiderabilis, wünschenswerth*, ex adiunct. *eximius, pretiosus* Sir. 42, 22. — ita pro חָמוּד, חֲמוּדוֹת Dan. 11, 38. 43. —

Ἐπιθυμία, ας, ἡ (ἐπιθυμέω) 1) *cupiditas, die Begierde, das Verlangen* a) univ. seq. genit. obiecti Sap. 6, 17. 20. 16, 21. Sir. 3, 27. 6, 36. 4 Macc. 3, 11. (Xen. Mem. 1, 3. 5.) — absol. Sap. 19, 11. Sir. 36, 27. 4 Macc. 1, 22. 31. 32. 2, 4. 6. 3, 12 bis. 5, 22. (Ael. V. H. 3, 18.) — b) de cupiditate legi div. adversanti, sq. gen. pers. Hist. Sus. v. 8. 20. — absol. Sap. 4, 12. Sir. 5, 2. 18, 29. 30. 20, 3. 23, 5. Hist. Sus. v. 11. 14. 56. 4 Macc. 1, 3. 2, 1. 3, 2 bis. — 2) ex adiunct. *diliciae* [Lucian. dial. deor. 6, 4.], ἐ. ἀγαθή = *laetitia honesta* Sir. 14, 14.

Ἐπιθύω, f. ύσω (ἐπί, θύω immolo; thus [primoribus digitis correptum] in aram invergo et adoleo [Diod. Sic. 12, 11. 18, 60.] quod quum fieret in sacris faciendis, poni videtur pro:) *sacrifico* Esr. 5, 69. 6, 24. (Jos. b. i. 7, 3. 3.) — pro הִקְטִיר 1 Regg. 12, 33. Hos. 4, 13.

Ἐπικάθημαι, impf. ἐπεκαθήμην (ἐπί, κάθημαι) *sedeo super aliquo, insideo alicui* Sir. 30, 6. 2 Macc. 3, 25. ἐπί τινος Bar. 6, 71. (ἐπὶ τῇ τραπέζῃ Dem. 946, 13. 1189, 20.)

Ἐπικαινίζω, f. ίσω (ἐπί, καινίζω) *innovo, renovo*, τί 1 Macc. 10, 44.

Ἐπίκαιρος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, καιρός) *opportunus, gelegen, schicklich, passend*, ἐ. τόπος 2 Macc. 8, 6. 31. 14, 22. ὀχύρωμα 10, 15. (Xen. Hier. 10, 5.)

Ἐπικαλέω, ῶ f. έσω (ἐπί, καλέω voco) 1) *advoco, invoco*, pass. ἐπικαλοῦμαι, p. p. ἐπικέκλημαι *invocor*, ita a) τὸ ὄνομα κυρίου de nomine divino pronuntiari, invocari solito in loco Jovae consecrato Esr. 6, 33. de h. l. perf. praesentis notionem includente vid. ἁγιάζω. — ita pro קָרָא בְּשֵׁם יְהוָה Jes. 64, 7. — b) med. ἐπικαλοῦμαί τινα εἰς θεόν ex hebraica loquendi consuetudine notata sub III. 3. c. cc. pro: τινὰ θεόν *Deum invoco aliquem* i. e. *tanquam Deum veneror aliquem* Jud. 3, 9. — c) de personis in auxilium vocantibus aliquem, med. ἐπικαλοῦμαι *mihi advoco, mihi in auxilium advoco*, aa) univ., seq. acc. nunc rei, ut τὸ ἀσθενές Sap. 13, 18. nunc personae Jud. 7, 26. (Diod. Sic. 5, 73. Xen. Cyr. 7, 4. 1.) — bb) θεόν vel τὸν θεόν, it. κύριον vel τὸν κύριον, ita α) minus plene i. e. sine finis mentione Sap. 11, 4. Sir. 2, 10. 46, 5. 16. 47, 5. 48, 20. Addit. ad l. Esth. 5, 2. 2 Macc. 12, 5. 15. 28. 14, 34. 15, 21. 22. 3 Macc. 6, 1. — ita pro קָרָא אֶל־יְהוָה 1 Regg. 17, 21. (Diod. Sic. 5, 43. Pol. 15, 1. 13. Xen. Cyr. 7, 1. 35.) — ἐπικαλοῦμαι simplex ita alternat c. verbo εὔχομαι ut sit i. q. *precor, rogo* Sap. 7, 7. — β) addito εἰς βοήθειαν in auxilium Jud. 6, 21. 8, 17. de h. l. coniunct. in adhortat. vid. αἰνέω. — γ) addito εἰς c. accus. praedicati vel finem indicante [de quo praepos. εἰς usu vid. paulo ante monita], ut εἰς βοηθόν [= βοηθόν Diod. Sic. 5, 79.] Jud. 9, 4. — δ) seq. *infin.* finali, eoque nunc praes. 2 Macc. 3, 22. 13, 10. — nunc aor. Sir. 51, 10. 2 Macc. 3, 15. 31. 7, 37. 8, 2. 12, 36. 14, 46. 3 Macc. 1, 27. 5, 7. — ε) seq. ὅπως finali 4 Macc. 12, 19. — cc) τὸ ὄνομα κυρίου *nomen Dei invoco*, iunct. c. verbis αἰνεῖν, ὑψοῦν = *celebro, praedico* Jud. 16, 2. — ita pro קָרָא בְּשֵׁם יְהוָה 1 Chron. 16, 8. — Bar. 3, 7. quo l. infinit. ἐπικαλεῖσθαι pendet a voc. προθυμίαν post καί ex antecedd. φόβον cogitatione addendo.

2) *cognomino, cognomen impono*, passiv. *cognominor, cognomen habeo* a) univ. Sir. 47, 18. de h. l. partic. perf. praesentis notionem includente vid. ἁγιάζω. — 1 Macc. 2, 2. 3. 4. 5. (Diod. Sic. 3, 60. Xen. Mem. 1, 4. 2.) — b) in constructione hebr. ἐπικαλεῖται τὸ ὄνομά τινος ἐπί τινα vel ἐπί τινι *nomen alicuius additur ad no-*

men dictus alicuius vel: *appellatur nomen alicuius simul cum nomine alius alicuius* i. e. *cognomen habet aliquis ab aliquo*, ita de personis et rebus Deo consecratis Bar. 2, 15. 1 Macc. 7, 37. — Bar. 2, 26. οὗ — αὐτῷ pro: ἐφ' ᾧ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά σου. Ita οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτῷ pro: אֲשֶׁר נִקְרָא שְׁמִי עָלָיו Jer. 7, 10. Dan. 9, 18.

'**Επικαλύπτω**, f. ψω (ἐπί, καλύπτω tego; desuper obtego, de nive Xen. Oecon. 8, 1.) *obtego*, metaph. de bonis abunde in aliquem redundantibus Sir. 39, 22. 47, 15.

'**Επικαρπολογέομαι**, οῦμαι f. ήσομαι (ἐπί, καρπολογέω fruges colligo) *spicilegium facio*, sq. acc. [de quo vid. sub ἐκλείπω notata], ut τοὺς ἀμητούς 4 Macc. 2, 9.

'**Επικατάρατος**, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, κατάρατος diris devotus) *exsecrabilis* i. e. *poenis obnoxius* Sap. 3, 13. 14, 8. Tob. 13, 12. 4 Macc. 2, 19. — pro אָרוּר Gen. 3, 14. 17. Deut. 27, 15. 16.

'**Επίκειμαι**, f. σομαι (ἐπί, κεῖμαι) *superimpositus sum* a) propr. 2 Macc. 1, 21. (Lucian. dial. deor. 1, 1.) — b) metaph. de negotiis, officiis *incumbentibus* alicui 1 Macc. 6, 57. — vel de personis instantibus = *urgeo, auf etwas bestehen* 3 Macc. 1, 22. — τινί Esr. 5, 72. quo l. pro ἐπικοιμώμενα legendum esse videtur ἐπικείμενα. (Jos. Ant. 18, 6. 6. 20, 5, 3.)

'**Επικερδής**, έος, οῦς, ὁ, ἡ — ές, τό (ἐπί, κέρδος) *lucrosus, quaestuosus* Sap. 15, 12.

'**Επικίνδυνος**, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, κίνδυνος) *periculi plenus* 3 Macc. 5, 33. (Dem. 1452, 20. Diod. Sic. 1, 30.)

'**Επικινέω**, ῶ f. ήσω (ἐπί augens, κινέω) *commoveo*, pass. ἐπικινοῦμαι, *commoveor*, sq. ἐπί τινι [vid. ἐπί II. C. 1.] Esr. 8, 72.

'**Επίκλησις**, εως, ἡ (ἐπικαλοῦμαι) 1) *invocatio*, ita de auxilii divini imploratione 2 Macc. 15, 26. — 2) *cognominatio, appellatio*, τοῦ ὀνόματος θεοῦ ἐπί τινα *nominis Dei super aliquo* i. e. *nominis divini additio ad nomen alicuius*, ita in patriarcharum populi israelitici Deo consecratorum mentione [vid. ἐπικαλέω no. 2.] 2 Macc. 8, 15. —

'**Επικλύζω**, f. ύσω (ἐπί, κλύζω) *inundo, aquis extra ripas diffluentibus obruo* Jud. 2, 8. (Ael. V. H. 12, 23.) sq. acc. 3 Macc. 2, 7. (Lucian. Tim. §. 18.)

'**Επικοιμάομαι**, ῶμαι pass. verbi [ἐπικοιμάω facio ut obdormiat aliquis] *indormisco* Esr. 5, 72. quo l. pro ἐπικοιμώμενα legendum esse videtur ἐπικείμενα. Vid. ἐπίκειμαι.

'**Επικοινωνέω**, ῶ f. ήσω (ἐπί, κοινωνέω) *in communionem venio*, τινί c. *aliquo* [vid. *Win.* §. 30, 3.] i. q. κοινωνέω sed fortius: τῷ ἱερῷ templo i. e. *ad templum pertineo* 4 Macc. 4, 3. — sensu malo: πᾶσιν pro: *omnibus rebus me immisceo*; ita de lingua maledica neminique parcente Sir. 26, 6.

'**Επικουρία**, ας, ἡ (ἐπικουρέω auxilio venio) *auxilium, adiumentum* Sap. 13, 18. (Diod. Sic. 1, 90. Dem. 1199, 11. Xen. Cyr. 6, 1. 53.)

'**Επικουφίζω**, f. ίσω (ἐπί, κουφίζω levo; allevo Xen. Oec. 13, 13.) *levius facio* [τί Xen. Cyr. 1, 6. 25. addito dat. adminiculi Xen. Cyr. 7, 1. 18.], med. *mihi levius facio*, seq. dat. adminiculi et genit. rei [de genit. post vv. liberandi, depellendi vid. ἀπαλλάσσω] 4 Macc. 9, 31. (κουφίζω τινά τινος Diod. Sic. 13, 64. Vol. 9. p. 344.)

'**Επικράτεια**, ας, ἡ (ἐπικρατέω quod vid.) *dominatus, imperium* 4 Macc. 1, 34. 6, 22. (Diod. Sic. 3, 81.) — plur. [vid. ἄγνοια] αἱ ἐ. *imperii vel dominatus conamina* 4 Macc. 3, 18.

'**Επικρατέω**, ῶ f. ήσω (ἐπί, κρατέω) 1) *potior aliqua re, ich bemächtige mich einer Sache*, sq. gen. *rei* [de quo gen. vid. sub ἄρχω notata], ut τῆς πηγῆς Jud. 7, 12. τῆς ἀρχῆς 1 Macc. 10, 52. — abest gen. τ. ἀρχῆς e contextu cogitatione addendus 1 Macc. 1, 8. τῆς χώρας 14, 17. πάσης οἰκουμένης Addit. ad l. Esth. 2, 2. — ὁ ἐπικρατῶν = *dominus, Beherrscher* [cf. de partic. praes. articulum habente sub ἐξουδενέω monita] Esth. 6, 6. — ita de Deo Addit. ad l. Esth. 4, 9. 3 Macc. 2, 3. — it. seq. accus. [vide de κρατέω quae habent *Matth.* §. 360, not. 2. b. *Rost* §. 108, not. 4. *Buttm.* §. 114, 5, 12.] ὁ τὰ πάντα ἐ. Addit. ad libr. Esth. 6, 15. — 2) *vinco* [τινός Xen. Cyr. 5, 2. 23. Ael. V. H. 5, 21.], *domo, imperio coërceo*, a) sq. gen. rei, ut τῶν βασανιστηρίων τῶν παθῶν 4 Macc. 8, 1. 16, 2. — de imperio τοῦ λογισμοῦ vel rationis, seq. acc. rei 4 Macc. 2, 4. — sq. gen. rei, ut τῶν ἀλγηδόνων 4 Macc. 6, 34. τ. ἐπιθυμιῶν vel ὀρέξεων 1, 32. 33. τ. παθῶν 1, 3. 14. 19. 2, 15. 3, 1. 13, 4. ἔχθρας τῆς φιλίας 2, 11. 14. — sq. person. τοῦ ἔθνους 17, 20.

'**Επικράτησις**, εως, ἡ (ἐπικρατέω) *imperium, Herrschaft, Obergewalt* Addit. ad l. Esth. 6, 13.

'**Επικρίνω**, f. νῶ (ἐπί, κρίνω iudico; causam arbitror Dem. 238, 8.) *decerno, adiudico*, τινί τι 2 Macc. 4, 47. 3 Macc. 4, 2. —

'**Επικροτέω**, ῶ (ἐπί, κροτέω, plaudo, complodo Xen. Cyr. 8, 4. 12.) *complodo*, ταῖς χερσίν Sir. 12, 18. (τοῖς ὅπλοις Ael. V. H. 13, 1. extr.)

'**Επίκτητος**, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπικτάομαι insuper acquiro) *recens acquisitus*, πολιά 2 Macc. 6, 23. (Ael. V. H. 2, 14. Xen. Ages. 1, 36.)

'**Επίκυφος**, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, κυφός) *incurvatus, curvus* 3 Macc. 4, 5.

'**Επιλαμβάνομαι**, f. λήψομαι med. [verbi ἐπιλαμβάνω, insuper sumo; med. ich halte mich an etwas] 1) *prehendo, ich ergreife, ich fasse* a) propr., seq. genit. person. vel rei, indicante, ad partem tantum pertinere τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι [vid. ἅπτω] Tob. 6, 3. 11, 11. Hist. Sus. v. 40. (Xen. Cyr. 7, 1. 31. Plat. Gorg. p. 527. A.) Cf. *Matth.* §. 330. — seq. gen. *rei, qua* prehenditur aliquid, etwas *an* oder *bei* etwas fassen, ut τῆς κορυφῆς Hist. bel. et dr. v. 36. (D. S. 17, 30. Xen. An. 4, 7. 12.) — b) *tractandi* notione inclusa Bar. 4, 2. ἐπιλαβοῦ αὐτῆς scil. τῆς βίβλου τῶν προσταγμάτων τοῦ θεοῦ = *nimm das Gesetzbuch Gottes zur Hand und beschäftige dich damit.* — 2) *opem fero, opitulor*, τινός *ich nehme mich Jem. an* [de quo gen. vid. ἀντέχομαι] Sir. 4, 11. (ita συνεπιλαμβάνομαι Plut. vit. Themist. c. 12 fin.)

'**Επιλανθάνομαι**, f. ἐπιλήσομαι, a. 2. ἐπελαθόμην, perf. pass. ἐπιλέλησμαι signif. act., med. [verbi ἐπιλανθάνω oblivisci facio, med. lateo] *obliviscor*, a. 1. p. ἐπελήσθην [Sir. 13, 10. 44, 10.] et fut. 1. p. ἐπιλησθήσομαι [Sap. 2, 4. Sir. 3, 14. 32, 7.] significatione pass. *oblivione tectus* vel *obrutus sum, oblivione tectus* vel *obrutus ero* [cf. *Matth.* et *Rost* sub voc. λανθάνω] a) propr. sq. *genit.* [vid. ἀναμιμνήσκω et *Bornem.* ad Xen. Cyr. 5, 2. 11.] nunc rei Sap. 16, 23. quo l. ὅτι c. indicat. et accus. c. infin. alternant. De qua constructionis variatione cf. 19, 20. nunc person. Sir. 37, 5. (Xen. Cyr. 5, 2. 11. 4, 1. 4.) — sq. *accus.* rei [*Matth.* §. 347, not. 2. *Rost* §. 108, 2. f. *Win.* §. 30, 10.] Sap. 2, 4. Sir. 3, 14. 7, 27. 29, 15. 32, 7. 44, 10. 4 Macc. 18, 18. (Eur. Hel. v. 271. Lysias p. 106, 12.) — b) *negligendi* notione adiuncta, seq. *genit.* rei [vid. ἀμελέω] 1 Macc. 1, 49. 2 Macc. 2, 2. — sq. *acc.*

pers. Bar. 4, 8. Sir. 13, 10. — abest casus obiecti e contextu facile cognoscendus Sir. 23, 14. 38, 21.

'Επιλέγω, f. ξω (ἐπί, λέγω dico; verba verbis adiicio Xen. Cyr. 1, 3. 7.) *eligo, ich lese aus, ich wähle aus*, sq. acc. pers. Jud. 10, 17. 1 Macc. 3, 33. 4, 42. 7, 8. 8, 17. 10, 74. 11, 23. quo l. ante genit. τῶν πρεςβυτέρων cogitatione adde τινάς 12, 1. 16. 41. 12, 34. 16, 4. (Isocr. Paneg. c. 25.) — addito dat. pronom. reflexivi = medio ἐπιλέγομαί τινα 1 Macc. 5, 17. in codd. 12, 45. — Med. ἐπιλέγομαι *mihi eligo*, seq. inf. aor. 1 Macc. 1, 63. quo l. codd. ἐπεδέξαντο. Vid. *Apel.* — addito dat. pron. reflex. [de quo verbositatis genere vid. ἐπιδείκνυμι] 12, 45. — Esr. 9, 63. (Diod. Sic. 3, 73. Hdian. 4, 8. Xen. Cyr. 3, 3. 41.) — sq. acc. rei Esr. 6, 17. (Hdot. 8, 22.) —

'Επίλεκτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπιλέγω) *delectus, a, um* Jud. 2, 19. 3, 7. 1 Macc. 4, 28. (Jos. b. i. 5, 11. 6. Xen. An. 7, 4. 11.)

'Επιλησμονή, ῆς, ἡ (ἐπιλανθάνω) *oblivio* Sir. 11, 25. (ἐπιλήσμων Xen. Mem. 4, 8. 8.)

'Επιλογίζομαι, f. ίσομαι (ἐπί, λογίζομαι computo) *reputo, überlegen, betrachten*, τί 2 Macc. 11, 4. 4 Macc. 3, 6. — 16, 5. de h. l. τοῦτο praeparante particulam ὅτι cf. sub οὗτος monita. (Dem. 1090, ult. Xen. h. g. 7, 5. 16.)

'Επίλοιπος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, λοιπός) *adhuc reliquus* Esr. 1, 56. 1 Macc. 3, 11. 6, 38. 7, 42. 8, 4. 11. 9, 40. 3 Macc. 3, 26. 4, 8. — οἱ ἐπίλοιποι seq. gen. nominis collectivi, ut τῆς βουλῆς αὐτῶν Esr. 2, 17. 1 Macc. 5, 18. — pro יֶתֶר, נִשְׁאָר, שְׁאֵרִית, נוֹתָר Lev. 27, 18. Deut. 19, 20. Mich. 5, 3. Jer. 44, 24. (Hdian. 5, 4. 15. Isocr. Panegyr. c. 24. Dem. 1250, 12.) —

'Επιλυπέω, ῶ f. ήσω (ἐπί intendens, λυπέω) *tristitia afficio, contristo, molestiam affero* i. q. λυπέω sed fortius, τινά 2 Macc. 4, 37. 8, 32. 3 Macc. 7, 9.

'Επιμαρτύρομαι, a. 1. ἐπεμαρτυράμην, verb. dep. (ἐπί, μαρτύρομαι) *testor, testatum facio* Sir. 46, 19. 3 Macc. 2, 56 coll. Num. 13, 31. 14, 6. (Dem. 1273, 18. 26.)

'Επιμέλεια, ας, ἡ (ἐπιμελής) *cura, diligentia* Sap. 13, 13. vid. de h. l. sub ἀργία monita et *Grimm.* Comment. üb. d. Buch d. Weish. p. 303. — Esr. 6, 10. — sq. genit. obiective posito, ut τῶν ἰδίων *für das Ihrige* [vid. ἀγάπη] 2 Macc. 10, 23. 3 Macc. 5, 1. φροντίζω τῆς ἐ. αὐτῶν *sollicitus sum de cura eorum* = *ich beschäftige mich mit der Sorge für sie* 1 Macc. 16, 14. (τῆς ὑγιείας Xen. Cyr. 1, 6. 16.)

'Επιμελέομαι, οῦμαι, vel ἐπιμέλομαι, depon. pass. c. fut. med. ἐπιμελήσομαι et aor. 1. p. ἐπεμελήθην (ἐπί, μέλομαι) *curo*, seq. gen. rei [vid. ἀμελέω] Sir. 33, 12. vid. de h. l. sub ἀγαθός monita et de fut. = *curabo si fors tulerit* sub ἀγαλλιάω monita. (Plut. de gen. Socr. c. 19. Xen. Mem. 1, 4. 13.) — c. genit. artic. et infin. 1 Macc. 11, 37. (Xen. Mem. 1, 6. 15.) — seq. infin. Esr. 6, 27. (Xen. Oec. 11, 17.)

'Επιμελῶς, adv. (ἐπιμελής) *studiose, diligenter, cum cura*, comparat. ἐπιμελέστερον [de qua comparat. forma vid. ἐπιεικῶς] *diligentius* Esr. 7, 2. quo l. = *diligentius* scil. quam antea. Cf. de comparativo sine comparatione sub ἀγαπητῶς observata. (Xen. Mem. 3, 5. 14.)

'Επιμήκης, εος, ους, ὁ, ἡ — ες, τό (ἐπί, μῆκος) *longus* Bar. 3, 24. Hdian. 4, 7 fin. (Lucian. dial. deor. 10, 1.)

'Επιμίγνυμι, f. μίξω (ἐπί, μίγνυμι) *commisceo*, pass. ἐπιμίγνυμαι, a. 2. ἐπεμίγην *commisceor*, metaph. *mutuo commercio utor* [Xen. Cyr. 7, 4. 5. An. 3, 5. 16.] de personis corpora vel sanguinem et genus miscentibus, τινί c. aliquo Esr. 8, 87. (Dem. 1370, 20. μιγνῦναί τινι Hom. Od. 1, 73. 7, 61.) — sq. εἴς τινα Esr. 8, 70.

'Επίμικτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, *mixtus*, ὁ ἐ. *turba* ex variis hominum generibus *collecta* Jud. 2, 20. ita pro אֲסַפְסֻף Num. 11, 4. עֵרֶב רַב Exod. 12, 38. (Theogn. v. 263.)

'Επιμίξ, adv. (ἐπιμίγνυμι) *mixtim, gemischt, sine discrimine* Sap. 14, 25. (Hom. Il. 11, 25.)

'Επιμιξία, ας, ἡ (ἐπιμίγνυμι) *commixtio*, trop. pro: *commercium* = *Verkehr* [Diod. Sic. 1, 18. πρός τινα 1, 57. Dem. 79, 18.] ita de Judaeorum cum paganis commercio legi mos. contrario 2 Macc. 14, 3. 38. vid. de his l. sub ἀμιξία notata.

'Επίμοχθος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, μόχθος) *laboriosus, aerumnosus* Sap. 15, 7. de h. l. neutro adiectivi adverbiascente vid. sub ἔννυχος notata.

'Επινεύω, f. εύσω (ἐπί, νεύω, nuo) *annuo* [τῇ κεφαλῇ Plat. de gen. Socr. c. 16.] i. e. *assentior*, seq. dat. rei 2 Macc. 14, 20. — sq. ἐπί τινα 11, 15. de promittente, pollicente 2 Macc. 4, 10. (Philostr. vit. Soph. 2, 5. Dem. 232, 18.)

'Επινεφής, έος, οῦς, ὁ, ἡ — ές, τό (ἐπί, νέφος) *nubibus tectus* 2 Macc. 1, 22.

'Επινίκιος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, νίκη) *ad victoriam pertinens* (Diod. Sic. 17, 73.), ἄγειν ἐπινίκια agere *solemnia ob victoriam reportatam instituta* = *Siegesfest feiern* 2 Macc. 8, 33. — (Lucian. dial. deor. 20, 16.) — διδόναι ἐπινίκια *praemia victoriae dare*. Ita de personis disputando certantibus Esr. 3, 5.

'Επινοέω, ῶ f. ήσω (ἐπί, νοέω cogito, mente agito) 1) *excogito, erdenken, ersinnen*, τί Sap. 14, 2. 4 Macc. 10, 16. (Ael. V. H. 3, 38. Thuc. 2, 77.) — 2) *animo concipio, volo*. Sap. 14, 14. αὐτῶν τὸ τέλος ἐπενοήθη scil. ὑπὸ τ. θεοῦ i. e. *eorum finem Deus decrevit.* (Xen. Hier. 2, 2. An. 2, 5. 4.)

'Επίνοια, ας, ἡ (ἐπινοέω) 1) *cogitatio, der Gedanke* Sap. 6, 16. 9, 14. Sir. 40, 2. ἐ. προςδοκίας *der Gedanke an das zu erwartende Geschick.* 4 Macc. 17, 2. — 2) *excogitatio, inventio*, ut εἰδώλων Sap. 14, 12. — 15, 4. Cf. ad h. l. *Bauerm.*, *Grimm.* (Diod. Sic. 15, 44. Xen. Cyr. 2, 3. 19.)

'Επιξενόω, ῶ f. ώσω (ἐπί, ξενόω) *hospitio excipio*, ut ap. Graecos non legitur, nisi passivum [vid. *Passow*] ἐπιξενόομαι, οῦμαι, p. p. ἐπεξένωμαι, a. 1. ἐπεξενώθην, *hospitio excipior*, τινί ab aliquo [cf. de dat. post passiv. = ὑπό τινος], *hospitor apud aliquem* Sir. 29, 27. Addit. ad l. Esth. 6, 10. (Diod. Sic. 1, 23. Dem. 1224, 2.)

'Επιορκέω, ῶ f. ήσομαι (ἐπίορκος) *peiero, violo iusiurandum* Sap. 14, 28. Esr. 1, 48. (Hdian. 3, 6. 16. Xen. An. 2, 6. 22.)

'Επιορκία, ας, ἡ (ἐπίορκος) *peiurium, violatio iusiurandi* Sap. 14, 26. (Xen. An. 2, 5. 21.)

'Επιπέμπω, f. ψω (ἐπί, πέμπω) *immitto*, τινί τι aliquid *contra* aliquem Sap. 11, 17. 3 Macc. 6, 6. (Hdian. 3, 3. Xen. Cyr. 4, 5. 16. 8, 7. 18.)

'Επιπίπτω, f. πεσοῦμαι, a. 2. ἐπέπεσον (ἐπί, πίπτω) *incido, irruo*, a) ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος i. e. *ruo in amplexus alicuius* Tob. 11, 9. 13. 3 Macc. 5, 49. — pro נָפַל sq. עַל Gen. 46, 29. — b) de impetu vel invasione hostili = *adorior*, τινί Jud. 15, 6. (Hdian. 3, 3. 13. Xen. Cyr. 7, 1. 9. An. 1, 8. 2.) — sq. ἐπί τινα, ἐπί τι Jud. 15, 5.

1 Macc. 1, 30. 12, 26. — c) de bonis coelitus alicui immissis vel contingentibus, τινί 1 Macc. 4, 45. ἐπέπεσεν αὐτοῖς βουλὴ ἀγαθή i. e. *consilium salutare* divinitus *iis indebatur* vel contigit. — d) de malis divinitus immissis alicui, seq. dat. pers. Sir. 25, 18. de h. l. optat. vid. ἀγαθοποιέω. — sq. ἐπί τινα Jud. 3, 1. 11, 11. 14, 3. 15, 2. 1 Macc. 3, 25. 7, 18. —

Ἐπιπλεῖον, adv. = ἐπὶ πλεῖον *ulterius*, de tempore: *diutius* Sap. 8, 12. 3 Macc. 5, 18. (Lucian. dial. deor. 5, 3.) — de gradu, μάχεσθαι ἐ. i. e. *acrius* pugnare 2 Macc. 12, 36.

Ἐπίπληξις, εως, ἡ (ἐπιπλήσσω, incutio; increpo, obiurgo Jos. Ant. 1, 16. 2. Dem. 1412, 1.) *increpatio, castigatio* 2 Macc. 7, 33. (Dem. 1406, 24.)

Ἐπιποθέω, ῶ f. ήσω (ἐπί, ποθέω) i. q. πόθον ἔχω ἐπί τι *desiderium fero versum aliquid*, τινά Sir. 25, 20. — (Diod. Sic. 17, 101. τινός Lucian. dial. deor. 4, 2.) abest. acc. e contextu cognoscendus Sap. 15, 19. ὅσον ἐπιποθῆσαι scil. αὐτά.

Ἐπιπολύ, adv. = ἐπὶ πολύ *multo, valde* 3 Macc. 5, 17. (Lucian. dial. deor. 6, 2. 25, 2.)

Ἐπίπονος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί, πόνος 1) *laboriosus, aerumnosus* Sir. 7, 15. (Diod. Sic. 1, 30. Xen. Cyr. 8, 1. 29.) — 2) *miser* 3 Macc. 5, 47. (Xen. Cyr. 2, 3. 11.)

Ἐπιπορεύομαι, f. εύσομαι (ἐπί, πορεύομαι eo; proficiscor aliquo Dionys. Hal. Ant. 10, 34.) *peragro, obeo*, seq. acc. spatii, intra quod fit profectio [vid. ἀπέρχομαι], ut τὰς δυνάμεις i. e. *castra* vel *stationes copiarum* 3 Macc. 1, 4. (τὴν οἰκουμένην Plut. vit. Lycurg. c. 30. sq. τοῖς ἀγροῖς Plut. vit. Lycurg. c. 28.) — sq. ἐπί c. acc. loci Bar. 6, 62. quo l. nubes inducuntur personae. — metaph. de scriptore librum percurrente = *persequor*, ut τοῖς ὑπογραμμοῖς τῆς ἐπιτομῆς 2 Macc. 2, 28.

Ἐπιπροςτίθημι, f. θήσω (ἐπί, προςτίθημι) *addo* i. q. προςτίθημι sed fortius Sir. praefat. prima.

Ἐπιῤῥαίνω, f. ῥανῶ, a. 1. ἐπέῤῥανα (ἐπί, ῥαίνω adspergo) *irrigo, conspergo*, τί ὕδατι 2 Macc. 1, 21.

Ἐπιῤῥίπτω, f. ψω (ἐπί, ῥίπτω iacio) *inicio, ich werfe* od. *lege auf* [ut στεφάνους καὶ ἄνθη Hdian. 5, 6. 19. ξύλα Xen. An. 5, 2. 23.) πληγάς τινι 2 Macc. 3, 26. — pro הִשְׁלִיךְ sq. עַל Jos. 10, 11. —

Ἐπιῤῥωγολογέομαι, οῦμαι (ἐπί, ῥώξ, uva, λέγω) *racemos colligo, racemationem facio*, τοὺς ἀμπελῶνας [de quo accus. vid. sub ἐκλείπω monita] 4 Macc. 2, 9.

Ἐπιῤῥώννυμι, f. ῥώσω, a. 1. p. ἐπεῤῥώσθην (ἐπί, ῥώννυμι roboro) *corroboro, confirmo*, ταῖς ψυχαῖς *animo* [vid. ἀδρανής] 2 Macc. 11, 9. (seq. accus. Lucian. Tim. §. 41. Dem. 143, 6. passivum Xen. Ag. 1, 27.

Ἐπισείω, f. σείσω (ἐπί, σείω quatio) *concutio*, i. e. *tremere facio, terreo*, τινά 2 Macc. 4, 1. — ita σείω pro הִרְעִישׁ Ezech. 31, 16. Jes. 14, 16.

Ἐπισημαίνω, f. μανῶ, a. 1. ἐσσήμηνα (ἐπί, σημαίνω significo) *signo aliquid conspicuum facio* [Lucian. dial. deor. 9, 1.] med. = *mihi noto*, τί *aliquid* 2 Macc. 2, 6.

Ἐπίσημος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπί σῆμα signum; signatus Xen. Cyr. 4, 5. 40.) *insignis*, ita ἀνήρ 3 Macc. 6, 1. (Jos. b. i. 6, 3. 4. Diod. Sic. 5, 83.). ἡμέρα Addit. ad l. Esth. 6, 18. 2 Macc. 15, 36. τόπος 1 Macc. 11, 37. 14, 48.

Ἐπισιτισμός, ου, ὁ (ἐπισιτίζω cibaria praebeo; frumentatio Xen. An. 1, 5. 9.) *cibaria, alimenta* Jud. 2, 18. 4, 5. (Hdian. 6, 7. 3. Xen. An. 7, 1. 9.)

Ἐπισκέπτομαι, f. σκέψομαι, dep. med. cum a. 1. et 2. passivi, significatione passiva [vid. ἐπαγγέλλομαι init.], ἐπεσκέφθην [Esr. 2, 21.], ἐπεσκέπην [Esr. 6, 21. — ita LXX pro פָּקַד Num. 1, 44. 45. 3, 15. 2 Sam. 2, 30.] 1) *inviso, visito aliquem* vel *aliquid*, ita de personis, quae, ut videant, quomodo se habeat persona vel res aliqua, eam adeunt [univ. = besuchen, pro פָּקַד Judic. 15, 1.] ut ἄῤῥωστον Sir. 7, 35. (Hdian. 4, 27. Xen. Mem. 3, 11. 10.) — *prospiciendi, curandi* notione adiuncta, ut τὰ κτήνη Sir. 7, 22. — 17, 27. quo l. sol inducitur persona exercitus coelestis i. e. siderum multitudini prospiciens. — ex Hebraeorum dicendi consuetudine sub εἰςεῖδον notata Deus sistitur invisens aliquem vel ut, quomodo se gerat, exploret Sir. 2, 14. vel ut sortem eius cognoscat eique opem ferat aut benefaciat, absol. Sir. 32, 17. — τινά 46, 14. Jud. 8, 33. — Jud. 4, 15. 13, 20. in quibus l. si additur εἰς ἀγαθόν, ἐν ἀγαθοῖς vid. sub ἀγαθός ad hos l. observata. — ita pro פָּקַד Exod. 4, 31. Ps. 8, 5. — refertur huc etiam a nonnullis Sir. 49, 15. τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐπεσκέπησαν scil. ὑπὸ τοῦ κυρίου. Vide tamen ἐπισκέπω. — 2) *exploro, ich erforsche, untersuche, sehe nach*, ita a) de personis rei conditionem oculis indagantibus, ut τὰς ἀναβάσεις τῆς πόλεως Jud. 7, 7. Esr. 8, 12. (Xen. Mem. 4, 2. 25.) — τὶ ἔν τινι *aliquid in aliqua re* Esr. 2, 21. 6, 21. 23. — absol. Esr. 2, 26. coll. v. 21. — b) univ. = *untersuchen*, περί τινος 2 Macc. 11, 36. — seq. orat. indir. Jud. 5, 20.

Ἐπισκέπω vel ἐπισκεπάω aut ἐπισκεπάζω, a. 2. p. ἐπεσκέπην (ἐπί, σκεπάω, σκέπω tego) *obtego*, τὰ — ἐπεσκέπησαν *ossa eius contecta* [et asservata] *sunt* scil. in terra patria Sir. 49, 15. Cf. Exod. 13, 19.

Ἐπισκευάζω, f. άσω (ἐπί, σκευάζω instruo, paro) *reficio, reparo*, seq. acc. rei 1 Macc. 12, 37. (Diod. Sic. 13, 41. Dem. 30, 17. Xen. An. 5, 3. 13.)

Ἐπίσκεψις, εως, ἡ (ἐπισκέπτομαι inspicio, visito) 1) *inspectio* i. e. *exploratio, qua oculis rei conditio indagatur*, περί τινος 2 Macc. 3, 14. τινός 5, 18. (Xen. Oec. 8, 15.) — 2) *exploratio, meditatio* 2 Macc. 14, 20. 3 Macc. 7, 12. (Xen. Mem. 4, 6. 1.)

Ἐπισκοπή, ῆς, ἡ (ἐπισκέπτομαι, inspicio) *inspectio, visitatio* i. e. [exploratio, qua oculis conditio alicuius indagatur, der Besuch, das Besuchen Lucian. dial. deor. 20, 6.] *invisio vel ad remunerandum, adiuvandum, tuendum vel ad castigandum et puniendum aliquem pertinens, Heimsuchung*. Uti autem in V. T. libris, ita etiam in libris apocryphis ex antiquitatis hebraicae simplicitate, tum quos praemiis et beneficiis Deus ornat vel quos adiuvat et tuetur, tum quibus poenas infligit, invisere et quae sit eorum conditio tum externa tum interna inquirere dicitur, a) univ. Sir. 18, 19. — ἐν τῇ ἐ. αὐτοῦ i. e. ἐν τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ ἐπισκέπτηται αὐτὸν ὁ κύριος 16, 16. ἐν ἐ. ψυχῶν i. e. ἐν καιρῷ, ἐν ᾧ γίνεται ἐ. ψυχῶν Sap. 3, 13. ἐστὶν ἐ. ἐπί τινα *locum habet visitatio contra aliquem* Sir. 23, 24. alii ad c. referunt hunc l. — ἐν ἐ. i. e. *tum, quum pertinere aliquid videtur ad visitandum* vel *explorandum aliquem* Sir. 31, 6. — b) = *visitatio* vel *exploratio coniuncta cum remuneratione, auxilio, tutela alicuius* vel: praevalente *remunerationis, tutelae, auxilii* visitationem sequentis notione Sap. 2, 20. ἐν καιρῷ ἐ. *tempore quo locum habet remuneratio* vel *praemiorum largitio* Sap. 3, 7. — Sap. 4, 15. ἐπισκοπή — αὐτοῦ scil. ἐστί vid. ad h. l. sub ἐν No. I. 3. b. aa. observata. — γενομένης — αἰχμαλωσίαν *quum desuper* [= coelitus] *contingeret captivis tutela*

vel *auxilium* Esr. 6, 5. αἱ γενόμεναι πρὸς ἐ. τῶν — μεταβολαὶ τῆς ψυχῆς *animi mutationes quae extiterunt in aliquo ad salutem Judaeorum pertinentes* 3 Macc. 5, 42. — pro פְּקֻדָּה = cura, tutela Job. 10, 12. — c) = *visitatio sequacem habens poenam vel vindictam* praedominante *poenae* visitationem sequentis notione, ita ἔσται ἐ. ἐν εἰδώλοις ἐθνῶν *locum habebit in idolis gentilium* [*an* d. Götzen der Heiden] *poena* Sap. 14, 11. — Sap. 19, 15. — ita pro פְּקֻדָּה Jes. 10, 3. Jer. 10, 15.

'Επίσκοπος, ου, ὁ (ἐπισκέπτομαι) *inspector, Aufseher* 1 Macc. 1, 51. (Jos. Ant. 10, 4. 1. 12, 5. 4. Plut. vit. Solon. c. 19.) — de Deo — τῆς καρδίας Sap. 1, 6. —

"Επισος, η, ον (ἐπί, ἴσος) *similis, e.* Vox dubia Sir. 9, 10. ubi alii ἔφισος. Vid. *Bretschn.*, *Apel.*

'Επισπάω, ῶ f. άσω (ἐπί, σπάω traho) *attraho* [activ. τὴν θύραν Xen. h. g. 6, 4. 36.] med. ἐπισπάομαι, ῶμαι, a. 1. ἐπεσπασάμην *mihi attraho*, a) propr. ita de Judaeis vel arte medica vel ope instrumenti chirurgici praeputium attrahentibus super glandem, *darüber ziehen, über etwas ziehen*, ita absol. i. e. sic, ut ex anteced. περιτετμημένος vel ex seq. ἀκρόβυστος cogitando sit addendum voc. ἀκροβυστίαν *praeputium meum attraho* 4 Macc. 5, 1. Cf. de hoc Judaeorum more a Maccabaeorum inde tempore male recepto 1 Macc. 1, 15. Jos. Ant. 12, 5. 1. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Beschneidung*. — de satellitibus ad supplicium rapientibus aliquem, *ad me rapio* sq. acc. pers. 4 Macc. 10, 12. — abest accus. αὐτόν cogitatione addendus 4 Macc. 9, 28. — in re militari ἐπισπῶμαι *ich ziehe an mich*, βοήθειαν *ad me traho copias auxiliares* 1 Macc. 14, 1. quo l. si additur dat. pronom. αὐτῷ vid. de pron. reflex. post v. med. sub ἐξυψόω notata. — de personis ad se vocantibus aliquem, sq. acc. pers. 3 Macc. 3, 10. — de congressu venereo vel in commercio amoris, γυναῖκα Jud. 12, 12. — b) metaph. aa) pro: *adduco vel commoveo eo, ut*, seq. infin. Sir. praef. secunda: ἐξ αὐτοῦ — ἐπισπώμενος i. e. *quum per illud ipsum sapientiae nomen eo, ut cariorem haberent librum et ad eius studium accederent lectores, commovere vellet.* Quo l. si habetur confusio duarum lectionum, [de qua cf. *Herm.* ad Vig. p. 894. *Stallbaum* ad Plat. Phileb. §. 29. *Matth.* §. 633, 6. *Rost* §. 137, 4. b. α. *Schäfer* melet. p. 73. *Win.* §. 67, 2. c.] una: ἐπισπώμενος ἀγαπητῶς μᾶλλον ἔχειν τὴν βίβλον, altera ἐπισπώμενος πρὸς τὴν τῆς βίβλου μελέτην vid. de hoc brachylogiae genere sub ἐμπίπλημι monita et de medio: ἐπισπῶμαι pertinente ad ea, quae apud animum suum facere aliquis constituit, sub ἐξυψόω observata. (Xen. Cyr. 5, 5. 10.) — — bb) *paro, ich bereite, ziehe zu* [activ. Aeschyl. Pers. v. 475. Soph. Aiac. v. 756 et 769. ἐπίσπαστον κακόν Hom. Od. 18, 73.] med. ἐπισπῶμαι, *mihi paro*, τί τινι *aliquid aliqua re* Sap. 1, 12. (Hdot. 3, 72.) — λογισμὸν ἀνοίας *meum facio* λ. α. i. e. *capio consilium stultitiae proprium vel plenum = capio consilium admodum ineptum et stultum* Sap. 19, 3.

'Επισπεύδω, f. σω (accelerare facio Diod. Sic. 14, 104. Isocr. Panegyr. c. 38. ἐπί, σπεύδω) *festino.* Esr. 1, 27. (Xen. Vect. 9, 4.)

'Επίσταμαι, verb. dep. [vid. ἐφίστημι] *scio, novi*, sq. acc. artic. = *peritus sum, ich verstehe mich auf etwas* Sap. 8, 8. Bar. 3, 26. (seq. infin. Lucian. dial. mort. 10, 1. Xen. Mem. 1, 1. 9.) — = *cognitum habeo*, sq. orat. indir. Sap. 9, 9. τί ἄριστον scil. ἐστί. — seq. acc. pers. Sap. 15, 3. (Lucian. dial. mort. 9, 3.) sq. acc. rei Esr. 8, 23 bis. (Lucian. dial. deor. 25, 2.) — = *scio, ich weiss*, sq. acc. pers. et ὅτι Tob. 6, 12. Cf. de h. l. attract. sub εἶδον initio notata. — Hist. Sus. v. 43. — sq. ὅτι Tob. 11, 7. (Xen. Anab. 1, 4. 8.)

'Επίστασις, εως, ἡ (ἐφίσταμαι, ἐπέστην insto) *incursio, das Hervorbrechen*, ut τῆς κακίας i. e. vel *infortunii* vel *flagitii* 2 Macc. 6, 3. (Diod. Sic. Vol. 4. p. 163. ed. Bip.)

'Επιστατέω, ῶ f. ήσω (ἐπιστάτης) *praesum*, sq. gen. pers. [vid. ἄρχω] Esr. 7, 2. (Diod. Sic. 11, 48. Isocr. Paneg. c. 30.)

'Επιστάτης, ου, ὁ (ἐφίστημι praeficio) *praefectus* Jud. 2, 14. Esr. 1, 8. 2 Macc. 5, 22. (Plut. de gen. Socr. c. 18. Isocr. Paneg. c. 34.)

'Επιστήμη, ης, ἡ (ἐπίσταμαι) *scientia*, sq. gen. rei, ut ἐργατειῶν i. e. *negotiorum peritia, Geschäftskunde* Sap. 7, 16. Sir. 19, 19. 4 Macc. 5, 34. (Xen. Mem. 4, 2. 20.) — sq. gen. pers. scientia gaudentis Sap. 8, 4. Sir. 10, 29. 16, 23. 26, 13. 38, 3. — τὴν ἐπιστήμην νομικός [de quo acc. vid. ἐκλείπω] 4 Macc. 5, 3. — absol. Sir. praef. prim. fin. Sir. 1, 17. 17, 9. 35, 3. 38, 6. 39, 7. Esr. 8, 7. 4 Macc. 1, 2. (Dem. 1415, 16.) — ἐπιστήμη συνέσεως = ἐ. ἔχουσα σύνεσιν Sir. 17, 6. iungitur genit. ἐπιστήμης c. nominibus rem indicantibus, cum quibus coniuncta est scientia vel quae ducunt ad scientiam [cf. de genitivi vi latius patente sub ἀγαθός monita], ut νόμος, ὁδός, παραβολὴ ἐπιστήμης Sir. 1, 22. 17, 6. 45, 5. 50, 27. Bar. 3, 20. 27, 36. — δυνατὸς ἐν ἐ. Jud. 11, 8.

'Επιστήμων, ονος, ὁ, ἡ — ον, τό (ἐπίσταμαι) *intelligens, verständig, peritus* Sir. praef. prim. Sir. 10, 24. 21, 25. 40, 29. 47, 12. Esr. 8, 44. 47. — pro נָבוֹן Deut. 1, 30. (Xen. Cyr. 3, 3. 9. Thuc. 1, 143.)

'Επιστηρίζω, f. ίσω (ἐπί, στηρίζω stabilio; insuper stabilio) *confirmo, stabilio* i. q. στηρίζω sed fortius, ἐπί τινι Jud. 8, 24.

'Επιστοιβάζω, f. άσω (ἐπί, στοιβάζω congero) *coacervo*, τὶ ἐπί τι Sir. 8, 3. Vide ad h. l. sub ξύλον monita.

'Επιστολή, ῆς, ἡ (ἐπιστέλλω mando: mandatum Xen. Cyr. 5, 5. 4.) *epistola, Brief* Bar. 6, 1. Addit. ad l. Esth. 2, 1. 6, 1. 16. 7, fin. Esr. 2, 16. 26. 4, 47. 48. 61. 6, 7. 1 Macc. 5, 14. 8, 22. 9, 60. 10, 3. 7. 17. 11, 29. 31. 12, 2. 4. 5. 7. 8. 17. 19. 13, 35. 14, 20. 15, 1. 15. 16, 19. 2 Macc. 2, 13. 9, 18. 11, 16. 22. 27. 34. 3 Macc. 3, 11. 25. 30. 6, 41. 7, 10. — pro אִגְּרָא Esr. 4, 8. 11. אִגֶּרֶת Neh. 2, 7. (Diod. Sic. 1, 95. Xen. An. 1, 6. 3.)

'Επιστρατεία, ας, ἡ (ἐπί, στρατεία) *expeditio contra aliquem*, sq. εἰς c. acc. loci 3 Macc. 3, 13. (Xen. An. 2, 4. 1.)

'Επιστρατεύω, f. εύσω (ἐπί, στρατεύω) *expeditionem suscipio contra aliquem*, sq. ἐπί c. acc. loci 2 Macc. 1, 12. 27. 3 Macc. 3, 43. (sq. εἰς c. acc. loci Dem. 255, 26. τινί Xen. An. 2, 3. 19.)

'Επιστρατοπεδεύω, f. εύσω (ἐπί, στρατοπεδεύω castra metor Xen. An. 7, 6. 24.) *castra metor e regione alicuius* Jud. 2, 21.

'Επιστρέφω, f. ψω (ἐπί, στρέφω verto) *converto, ich wende hin* I) Activ. 1) transit. a) sq. acc. rei et addito nunc πρός τινα, ut καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν i. e. *animum patris cum filio concilio* Sir. 48, 10. nunc ἐπί τινα, ut τὸ ἔλεος i. e. *misericordiam impertior alicui*, ita de Deo benignum se praebente alicui Jud. 7, 30. (νόημά τινι Theogn. v. 93.) — τὶ εἰς κεφαλήν τινος i. e. *noxam rei converto in aliquem* [vid. κεφαλή] Jud. 8, 22. — ita pro שׁוּב בְּרֹאשׁ פּ׳ Jud. 9, 57. — b) sq.

